

QVARTV
SEN: S:
THO





I M









ARISTOTELES

39990





Thome de generatione

et corruptione. in libros Aristotelis castiga=
tissima explanatio vna cum ipsius princi
pis philosophorũ textus subtilissima
declaratione luculentissimo atq;
angelico cõcinata ingenio arti=
ficibus expressa typis precl=
puis annotamẽtis insignita
ta oĩq; mẽdo repurga
ta adiectisq; rege=
stis tabularibus
et annotamẽ
tis deco=
rata.





¶ Eximio artium ac medicine doctori Dño meo Antonio abyosio Rauennati Hieronymus paternus salodiensis artium ⁊ medicine doc. S. D. P.



Jui Thome aquinatis lectiōe semp̱ obleciat⁹ sum: ea enim est vt nec nimia ꝓlixitate tediuȝ afferat aut mutilatiōe obscuritatē rōnum: preterea roborare: ac sententiarū grauitate: necnon oratiōis lepore ita referta est: vt diuino potius q̄ȝ humano ore locutū arbitremur. Siue eniȝ de substātijs separatis: aut de his generabilibus ⁊ corruptibilibus agat: (licet ille rōne debilitatis nostri intellect⁹: q̄ ad eas se habēt sicut oculus noctue ad lumen solis/parū intelligibiles sint:) he aūt ex parte sui cū admixta sint potētie: ⁊ vnumquodq̄ȝ intelligatur inquantum est in actu: ea tamen ita proponit vt luce lucidiora videant̄: ac que in potentia sunt actu limitat intellectus: que autem in actu sensibus similitudine subministrat. Est insuper in exponēdis sermonibus antiquorū tā planus ac fidelis vt nulli inferior sit arabū grecorū aut latinorū. Hinc factū est vt post lectos illius libros de physico auditu de celo ⁊ mundo: nuper libros de generatione ⁊ corruptione lectitarim. in quo licet nihil ex parte authoris me offenderit vitio tn̄ scriptorū plurima deprauata animaduerti: que adeo deformem faciebant libelluȝ vt Thome amplius nō videret̄. erat preterea in eo aristoteles ita inordinate intertextus vt nulla pars parti responderet: ac authoris remissiones in alia volumina ita fallaces vt proposito textu commenti nihil eorū que author declarabat inueniretur. Quare ad meam vtilitatem deprauata restitui: singule expositioni textus ordinaui: allegata fideliter annotaui. Que cum Alexander Calcedonius vir studio litterarum haud inutilis intelligeret: a me exorauit vt eius libelli exemplar sibi traderetur: quod cum aliquibus diebus tenuisset ac a me reuocaretur se vt eo ordine imprimatur curaturum respondit. ac deinde me non adeo oblitteratū ac turpem libellum habituruȝ. Renui quoniā is sum vt de me mihi minime credam nisi alicuius authoritatis viro idem videatur: ⁊ eo quidem nullatenus obsequenti: ac qui potius appetat esse amicum q̄ȝ videri. Sollicitor tamen a viro vt id opus in lucem prodeat: ac iustis rationibus conuincor quare quo ⁊ illi ⁊ mihi satisfiat: te rogatum velim suauissime Antoni: ob eam necessitudinem que me tibi indissolubili vinculo annectit labores meos reuisas: ac eos supprimas. (si abolēdos senseris.) Quod si minime fuerit/in lucem trāsmittas: ac boni viri precibus annuamus. Vale ⁊ si quippiam est q̄d possim id totuȝ apud te esse existimes ac me mutuo ama. Ex edib⁹ nostris tertio idus Sextilis. M. ccccc v.

Diui Thome

Aquinatis doctoris Angelici sacratissimi ordinis. Predicatorũ Inter latinos Aristotelicos interpretes facile principia in duorũ voluminũ de generatione & corruptiõe Expositionem amplissimam et subtilissimam ac profundissimam.

¶ Prologus.

t.c.38. 

Sicut tradit philosophus in tertio de anima. Scientie secãtur quemadmodum et res. Nam et omnes habitus distinguuntur per obiecta ex quibus speciem habent.

¶ Res autem quas considerat naturalis sunt motus et mobile. dicit enim philosophus in secundo phisicorum quod quecunq; mota mouent sunt physice speculationis. quecunq; autem non: non amplius sunt physice considerationis. et ideo oportet secundum differentiam motuum et mobiliũ distinguantur et ordinentur partes sciẽtie naturalis.

t.c.71.

Cur liber de celo iit 2. in ordie nã lisũ.

¶ Primus autem motuum est ipse motus localis qui est perfectior et communior omnibus motibus naturalibus (vt probatur in octauo physicorum.)

t.c.55.

¶ Et ideo post consideratione motuum et mobilium in communi: que fuit tradita in libro physicorum. primo oportuit q tractaretur de corporib⁹ secundum quod mouentur motu locali in libro de celo: que est secunda pars scientie naturalis.

Cur liber hic sequatur librũ de celo.

¶ Restat igitur consideratio de motibus aliis consequentibus: qui non sunt communes omnibus corporibus sed inueniuntur in solis inferioribus. Inter quos principatum obtinet generatio et corruptio: alteratio enim ordinatur ad generationem: sicut ad finem: qui est perfectior naturaliter his que sunt ad finem. augmentum etiam consequenter se habet ad generationem. nam augmentum non fit sine quadam particulari generatione qua scilicet nutrimentum conuertitur in nutritum: sicut etiam philosophus dicit in secundo de anima. quod cibus nutrit inquantum est potentia caro: augmentat autem inquantum est potentia quanta caro. Et ideo necessarium est vt quia hi motus consequẽter se habent ad generationem simul cum eis de generatione et corruptione tractare.

t.c.46

Cur de augmẽto & alteratione in hoc libro tractatur

¶ Est autem considerandum quod de vnoquoq; quod in pluribus inuenitur. prius est considerandum in cõmuni quã ad species descendere: alioquin oportoret idẽ dicere multotiens: ita scilicet quod in singulis id quod est commune repeteretur

(sicut probat philosoph' in primo de partibus animalium.)et ideo prius oportuit de generatione et corruptione in cōmuni determinare q̄ ad partes ei' descendere.similiter etiam considerare oportet q̄ si in aliquo gene
capitulo.1. re aliquod primum inuenitur. quod sit causa aliorum eiusdez considerationis:est cōmune genus:et id quod est commune in genere illo:quia illud primum est cā toti' generis.Op3 ăt eū q̄ considerat genus aliquod causas totius generis considerare: et inde est q̄ philosophus in metaphysica.simul determinat de ente in communi:et de prio ente quod est a materia separatum. Sunt autem in genere generabilium et corruptibilium quedā prima:principia scilicet elementa que sunt causa generationis corruptionis et alterationis in omnibus aliīs corporibus.Et inde est quod' Aristoteles.in hoc libro:qui est tertia pars scientie naturalis:determinat non soluz de generatione et corruptione in communi:et aliīs motibus: consequentibus:sed etiam de gene
cur hic de elemētis cōsideret. ratione et corruptione elemētoꝝ ¶His ergo prelibatis ad demōstrandum intentionem Aristotelis in hoc libro accedendum est ad expositionem eius.

¶Aristotelis Stagyrite Peripateticorum Principis de Generatione et Corruptione Textus primi libri. Lect.j.


E generatiōe aūt et corruptione: et de natura generatorum et corruptorum et vniuersaliter de omnibus:et causis diuidendum et rationes eorum determinandum. t.c.1.


In hoc igitur libro philosophus primo ponit prohemiū demonstrās suā intentionem. 2° prosequitur propositum ibi (Anquorū quidem igitur.)Circa p̄mum tria facit.primo enim ponit id quod principaliter intēdit et continuatur ad finem libri de celo:vbi dictum est(De graui q̄dem igitur et leui determinatum sit hoc modo.) Et subditur(De generatione autem et corruptione et natura generatorum et corruptorum et eorum que generātur et corrumpuntur vniuersaliter de omnibus et causas diuidēdum est.)vt scilicet assignemus alias causas generationis et alias corruptionis:vel etiam vt comunes causas distinguam' applicando singulis speciebus generatorum et corruptorum naturaliter. hic liber cōtinuatur libro d̄ celo. ¶Et causas et rationes eorum determinandum est: vel generationis et corruptionis: vl' etiam eorum que naturaliter generantur et corrumpuntur. vtrū q̄ enim diffinitione scire oportet. ¶Naturalis enim nō solum considerat motum:sed etia3 mobilia.dicit autem naturam generatorum et corruptorum:quia cōsiderare generationem et corruptionem artificialium non pertinet ad naturalem. Nālis nō solū motuz

¶Secundo cū dicit

¶Amplius de augmnctatione ⁊ alteratione quidvtrū q₃ sit.

sꝫ mobilia cōsiderat Quare dixit generatorum et corruptorum

¶Promittit se dicturuꝫ de alijs motibus consequentibus. scilicet de alteratione augmentatione quid sit vtrumqꝫ.

¶Tertio ibi.

¶Et vtrum existimandum sit eandem esse naturam alterationis et generationis: aut semotam vt determinata sunt ex nominibus.

¶Promittit se dicturū de comparatione predictorum adinuicem vtrum scilicet sit existimandum vel recipiendum ꝙ eadem sit natura ⁊ ratio alterationis et generationis: aut semota distincta scilicet differant ratione et natura: sicut determinata idest distincta sunt nominibus.

¶Deinde cū dicit.

¶Antiquorū quidem igitur hi quidem vocatam generationem simplicem alterationem esse inquiunt: hi vero aliud generationem: et aliud alterationem.

¶Prosequitur suū propositum. et primo determinat de generatione ⁊ corruptione in communi: ⁊ etiam de consequentibus secundo determinat de generatione et corruptione elementoruꝫ: ⁊ hoc in secundo libro qui incipit ibi. (De mixtione quidem igitur.) Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat de generatione ⁊ corruptione in communi: ⁊ alijs consequentibus motib⁹. In secunda determinat de quibusdam que ad hec requiruntur ibi. (Quoniam autem primum oportet de materia.) Circa primum duo facit. Primo inquirit vtrum generatio differat ab alteratione quod erat tertium propositorum: oportuit tamen pri⁹ hoc tangere: quia cum differentia constituat specieꝫ non posset sciri propria ratio generationis et corruptionis hoc ignorato secundo determinat de generatione ⁊ consequentibus motibus ibi (Uniuersaliter autem de generatione.) Circa primuꝫ tria facit. primo ponit diuersas sententias antiquorum circa differentiam generationis ⁊ alteratiōis. secundo rationem diuersitatis assignat ibi (Quicunqꝫ igitur.) tertio rationem assignatam manifestat ibi (Empedocles enim.) Dicit ergo primo ꝙ quidaꝫ antiquorum philosophorum dixerunt ꝙ illa que dicitur simpliciter generatio idest absoluta est idem ꝙ alteratio. Alij vero dixerunt esse aliud generationeꝫ simplicem ⁊ alterationem.

cur prius determinet dñiam gñationis ab alteratione.

¶Deinde cū dicit.

¶Quicunq₃ igitur vnum aliquid omne esse dicunt, ⁊ omnia ex vno generant: his quidem necesse est vtiq₃ generationem alterationem esse dicere: ⁊ quod principaliter yt alteri.

¶Assignat rationem diuersitatis predicte. Et circa hoc tria facit. primo assignat rationem: ꝙ

quidam posuerunt generationē simplicem idem esse ꝙ alterationem. fuerunt enim quidam qui posuerunt vnum esse principiuꝫ materiale omnium rerum: puta aquam vel aerem vel ignem: et etiam posuerunt ꝙ materia est tota substantia rei: ex quo sequitur ꝙ substantia rei semper maneat: ꝛ ideo generatio in re non differt ab alteratione: hoc est quod dicit quicumqꝫ dicunt omne vniuersum esse vnum idest in materiale substantiam: ꝛ omnia generat. idest causam ex vno pn̄cipio materiali his necesse eē est dicere ꝙ generatio sit idem ꝙ alteratio: ꝛ ꝙ idem sit aliquid principaliter idest simpliciter fieri ꝛ alterari.

¶ Secundo cum dicit.

¶ Quicumqꝫ autem plures materias vna ponunt vtpote Empedocles et Anaxagoras et Leucippus et Democritus his aliud.

¶ Assignat rationem quare quidam posuerunt differentem generationem et alterationeꝫ. fuerunt enim quidam philosophi ponentes plura principia materialia ex quorum congregatiōe et segregatione dicebant ea fieri et corrumpi: et secundum hoc dicebant congregationem et segregationem esse generationem et corruptionem. Alterationem autem dicebant fieri per qualitercumqꝫ partium transmutationem. hoc est ergo quod dicit ꝙ quicumqꝫ posuerūt plures materias rerum ꝙ̄ vnaꝫ sicut. Empedocles. Anaxagoras et Leucippus cum Democrito istis vi-

detur aliud generatio et aliud alteratio.

¶ Tertio ibi.

¶ Sed tamen Anaxagoras. propriam vocem ignorauit: dicit enim quod fieri et destrui idem existit qḋ alterari. Multa autem dicit elementa quemadmodum et aliȷ̄.

¶ De quo dicit quod propriaꝫ vocem ignorauit: sicut ille qui posuit aliquod inconueniens sue positioni. cum enim poneret multa elementa: sicut aliȷ̄: tamen dixit singulariter ꝙ generari ꝛ corrumpi sunt idem: quod alterari. Et huius diuersitatis ratio est: quia (sicut dicitur in primo physicorum.) Anaxagoras posuit res fieri per abstractioneꝫ a mixto: ponebat autem misceri non solum elementa sed etiam accidentia et eundem modum ponebat productionis corporum que pertinet ad generationem ꝛ corruptionem: et accidentium qui pertinet ad alterationem: vt scilicet sicut caro fit per abstractioneꝫ: ita et albedo: ꝛ secundum hoc generatio non differebat ab alteratione. t.c.33.

¶ Deinde cū dicit.

¶ Empedocles quideꝫ cū corpora quattuor: omnia autem cuꝫ mouentibus sex ait numero. Anaxagoras auteꝫ infinita ꝛ Leucippus ꝛ Democritus.

¶ Manifestat premissam rationem. ꝛ primo ostendendo quo-

modo quidam ponebant plu-ra principia. Eorum enim qui ponebant vnum principiũ erat vnus absolutus modus procedendi. secundo manifestat quare illi qui ponebant vnum principium negabant differentiam generatiõis ꝛ alteratiõis: quã assumebant ponentes plura p̃ncipia ibi (his igitur omnibus.) Circa primum ponit differentias ponentium plura principia. et primo comparat empedoclem ad omnes alios. Et dicit ꝙ ideo predictum est ꝙ predicti philosophi posuerunt plures materias. Empedocles ponebat quattuor elementa esse pricipia materialia scilicet terram aquam aerem ꝛ ignem omnia autem hec cum mouentib⁹. s. cum amicitia que congregat ꝛ cum lite que segregat: dicit eẽ sex numero: ꝛ ita ponebat principia finita. aliĳ nõ scilicet. Anaxagoras: Democritus ꝛ Leucippus ponũt principia ĩfinita.

¶ Secundo ibi.

¶ Hic quidez omiomeraelementa ponit. vtpote os carnem ꝛ medullam: ꝛ alia: quorum vniuscuiusq; synonima pars est. Democritus autez ꝛ leucippus ex corporibus indiuisibilibus hec ꝛ alia cõponi inquiant. Hec autez infinita ꝛ multitudine ꝛ morphea esse. Illa autem ab illis differunt his ex quibus sunt ꝛ positiõe ꝛ ordine hoꝝ

¶ Ponit differentiam Anaxagoras a democrito ꝛ leucippo. hic quidem enim ꝛ Anaxagoras posuit corpora omiomeras idest silium partiuz esse principia materialia: vtpote infinitas p̃tes carnis ꝛ ossis medullarum ꝛ aliorum hmõi: quoruz quelibet pars est synonima toti. idest conueniens cum toto in nomine et ratione. hec enim dicuntur omiomera idest similiũ partium: et hec positio magis manifestata fuit ab Aristotele in primo physicorum. Sed democritus ꝛ leucippus dixerunt omnia corpora sensibilia cõponi ex quibusdam indiuisibilibus corporibus que quidem ponebant infinita multitudine et forma ꝛ figura. Nam quedaz corporum indiuisibilium dicebant esse circularia: quedaz autem quadrata: quedam pyramidalia: et sic de aliĳs: ponebãt tamen esse indifferentis nature et speciei contra id quod ponẽbat Anaxagoras. ꝛ tamen cũ ista prima sit indifferentis nature et speciei: alia corpora sensibilia differunt ab aliĳs secundũ differentiam eorum ex quibus cõponuntur non quidem secundum differentiam in specie nature: sed secundum differentiaz positionis ꝛ ordinis prout scilicet diuersimode ordinantur et disponuntur in diuersis secundum prius ꝛ posterius ante et retro sursum ꝛ deorsuz dextrorsum et sinistrorsum. t.c.33. ad 40.

¶ Tertio ibi.

¶ Cõtrarie aũt videnť dicere q̃ circa anaxa. eis q̃ circa empedoclẽ. Hi quidem enim inquiũt ignẽ ꝛ aquam et aerẽ et terram q̃ttuor ele

menta et simplicia magis eē quā carnem et os et talia similium partium. Hi autem quidem hec simplicia et elementa esse: terram autem et aquam aerem et ignem composita. panspermia enim horum esse.

¶ Ponit differentias Anaxa. ab empedocle. et dicit ꝙ isti videntur contraria dicere. Empedocles. eniꝫ dixit ꝙ ignis terra aer et aqua sunt magis simplicia ꝙ̄ caro ⁊ os: et talia corpora omiomera idest similium partium: et hoc ideo quia ponebat res fieri p congregationem ex elementis. ideo ista elementa que congregabantur ad compositioneꝫ appellabat simplicia. Sed Anaxago. ponebat os et carnem et similia corpora esse magis simplicia. elementa vero esse composita: et hoc ideo quia ponebat res fieri per abstractionem a mixto. vnde cuꝫ videret ꝙ ex aere aqua terra et igne omnia alia corpora generentur credidit ꝙ in predictis elementis seu corporibꝫ esset maxima mixtio: ita ꝙ ex his omnia alia extrahi possunt: et hoc est quod subdit ꝙ dicebat ista quattuor corpora esse panspermata. idest vniuersalia semina aliaruꝫ omniū rerū: quasi predicta quattuor corpora eēnt commixta ex seminibus omniū aliorum corporum. Lec. ij.



His quidē igit ꝗ ex vno om̄ia constituunt necesse est dicere generationē et corruptionē alterationē. semper em̄ manere subiectū vnū et idem: tale autem alterari dicimus.

Supra Ari. assignauit rōnē quare quidā antiqui phi posuerunt generationem ab alteratiōe differre. quidā aut nō ex eo ꝙ quidā posuerūt vnū principiū materiale quidā aūt multa. hāc rationē supra manifestauit quātū ad radicē ostendēs ꝙ quidam phorum posuerūt multa principia. Nam ponentibꝫ vnū principium absolutior est sermo ꝙ̄ qui plura: nūc aūt intendit ipsam rationeꝫ ꝑm se manifestare. Et circa hoc duo facit. prio manifestat ipaꝫ rōnē scđo obijcit contra eā ibi (Necesse aūt.) Circa primum duo facit. primo manifestat quantū ad ponentes vnū principium. secundo quantū ad ponentes plura principia ibi. (His qui generāt multa.) Dicit ergo primo ꝙ oibus illis phis qui ex vno materiali principio ponunt omnia eē ꝓducta necesse ē dicere ꝙ generatio et corruptio idem sit alterationi illud enim principium materiale ponebant esse aliquod ens actu: puta ignem vel aerem aut aquam: et ponebant ꝙ illud eēt substantia omniū que ex eo generabātur: et sicut materia semper manet in his que ex materia fiunt: ita ponebant ꝙ illud subiectū semper manet vnuꝫ et idem hoc autem dicimꝫ alterari quando manente subštātia actu existētis fit aliqua variatio circa formas. vnde sequitur ꝙ nulla transmutatio esse possit: que dicitur generatio et corrup-

tio: sed sola alteratio. ¶ Nos autem ponimus omnium generabilium et corruptibilium esse vnum subiectum. quod tamen non est ens actu: sed in potentia et ideo ex eo ꝙ accipit formam per quam fit ens in actu dicitur simpliciter generatio: et ex hoc quod postq̃ est ens actu factuꝫ suscipit aliam quãcunq̃ formaꝫ dicitur alteratio. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ His autem qui genera multa faciunt differre generationem ab alteratione. conuenientibus enim dissolutis generatio cõtingit et corruptio. Ideo dicit hoc modo empe. quoniam natura nullius est: sed solum mixtura et segregatio mixtorum. Quoniam igitur proprius hic sermo eorum supponi. ita loqui manifestum est: et quoniam dicunt hoc modo.

¶ Manifestat predictam rationem quantũ ad ponentes plura principia: dicit ꝙ illis qui faciunt multa genera principiorum materialium de quibus est supra dictum: necesse est dicere ꝙ differat generatio ab alteratione inquantum illa conueniũt in vnum contingit secunduꝫ eos generatio: inquautum auteꝫ dissoluuntur contingit corruptio. vnde Empedocles. dicit ꝙ natura idest forma corporis compositi ex elementis nullius elementorum est: neq̃ enim est de natura ignis: neq̃ de natura aque vel aliorum elementorum: sed est solum mixtura idest solum consistit in natura quadam mixtionis: et opposita priuatio consistit in segregatione mixtorum. ¶ Et quia ex hoc dicitur aliquid generari quod acquirit propriã naturam ideo ponebant ꝙ ex cõgregatione erat generatio et ex segregatione corruptio: fieri alterationem autem ponebãt per solam transpositionem: vt infra dicetur: quia igitur iste sermo non est proprius suppositiõi eorum scilicet ꝙ ita loquantur: manifestum est ꝙ ita dicũt de differentia generationis et alterationis: sicut dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse est autem et his alterationem esse aliud dicere preter generationeꝫ. Impossibile tamen ẜm que ab eis dicuntur: hoc aũt quomodo recte dicim⁹ facile est videre.

¶ Improbat ea que dicta sunt quantũ ad ponentes plura principia. Nam ponentes vnũ principium ex necessitate concluditur propositum: supposita sua radice. Circa hoc ergo duo facit. primo obĳcit cõmuniter contra omnes. Secundo specialiter contra Empedocleꝫ. ibi (Empe. quidem igitur.) Circa primum duo facit. primo proponit quod intendit. Dicit ergo ꝙ his qui ponunt multa principia necesse est dicere ꝙ generatio sit aliud preter alteratioñe: vt dictuꝫ est: sed tamẽ hoc est impossibile subsistere ẜm ea que ab eis dicuntur hoc facile potest videri ex his que sequuntur. ¶ Secundo ibi.

¶ Quemadmodum enim videmus quiescente substantia in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem que vocatur augmentatio et diminutio, sic et alterationem. Sed tamen ex quibus dicunt plura principia facientes vno impossibile alterari. Passiones enim secundum quas hec dicimus contingere differentie elementorum sunt. Dico autem puta calidum et frigidum: humidum et siccum: album et nigrum: durum et molle: et aliorum vnumquodque vt inquit. Empe. Solem idest ignem album videri et calidum. Imbrez idest aquam in omnibus frigidum et nigrum nebulosum. Similiter autem determinauit de reliquis. Quapropter si non possibile ex igne fieri aquam: neque ex aqua terram. neque ex albo nigrum erit aliquid: neque durum ex molli. Eadem enim ratio et de aliis: hec autem erat alteratio.

¶ Manifestat propositum duabus rationibus. Circa quarum prima proponit quandam similitudinem dicens: quod sicut videmus quod substantia quiscente idest permanente accidit in ea transmutatio secundum magnitudinem que nominatur augmentatio et diminutio: et ita necesse est de alteratione secundum qualitatem. Nam sicut quantitas fundatur in substantia ita et qualitas sed impossibile est per hunc modum fieri alterationem secundum ea que ponuntur ab his qui sunt facientes plura principia. dicunt enim quod passiones idest passibiles qualitates secundum quas dicitur hoc contingere idest alterari vt patet ex 7. phy. sunt differentie proprie elementorum scilicet calidum frigidum album et nigrum siccum et humidum molle et durum: et alia huiusmodi sicut Emp. dixit quod sol idest ignis ponebant enim solem ignee nature: videtur enim esse albus et calidus. imber vero idest aqua videtur in omnibus esse niger frigidus et nebulosus: sicut patet ex ipsa obscuratione aeris que fit per imbres. Et similiter determinabant de reliquis passionibus attribuentes eas elementis. ¶ Dicebant autem quod non erat possibile ex igne fieri aquam aut ex aqua terram vel quocunque modo vnum elementorum conuerti in aliud. Non enim ponebant huiusmodi elementa composita ex materia et forma: vt sic possit ex vno corrupto aliud generari. sed ponebant esse primas materias que non resoluerentur in aliquod primum subiectum: oportet autem omne quod in aliud conuertitur resolui in aliquod subiectum primum: impossibile est autem propria accidentia inueniri nisi in propriis subiectis. vnde si calidum est proprium accidens ignis: frigidum aque impossibile est calidum esse nisi in igne: frigidum nisi in aqua: et sic de aliis Si ergo ex aqua non potest fieri ignis: neque ex vno elementorum aliud consequens est quod nec possit aliquid ex albo fieri nigrum vel ex molli durum. et es t.c.xx.

dem ratio de hmõi alijs qualitatibus. Cum ergo alteratio nõ contingat nisi secundum variationem dictarum qualitatum. Circa idem subiectum: consequens est ꝙ nulla erit alteratio: et ita nihil est quod ponunt. dif ferentiam inter alterationẽ ꝛ generationẽ. ¶ Secundã rationẽ ponit ibi.

¶ Amplius autem ꝛ manifestum: quoniam vnam semper contrarijs supponere oportet materiam: siue transmutetur secundum locum: siue secundum augmentationem et diminutionem: siue secundũ alterationem. Amplius autem similiter necesse est esse hoc et secundum alterationem. Si enim alteratio est et subiectum vnum elementum: et vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem. Et si subiectum vnum est et alteratio est.

¶ Et dicit ꝙ necesse est supponere vnã naturã contrarijs,: que sunt termini motus in quolibet scz siue trãsmutatur aliquid ſm locũ siue ſm augmentuz ꝛ diminutionem. Et simpliciter necesse est hoc esse in alteratiõe: vt scilicet si alteratio est: sit vnuz subiectum ꝛ vna materia omniũ habẽtium hmõi transmutationez ad inuicẽ. Et si est vnũ subiectuz eorũ ſm que attenditur alteratio: ꝛ sequitur ꝙ sit alteratio. Quia igitur predicti phi non ponunt vnũ subiectũ omniũ qualitatuz: ſm quas attenditur alteratio: sz plura non non possunt ponere alterationes ꝛ generatiões. Differt autẽ hec rõ a priori. ¶ Nam prima assignat vniuersalem causam medũ quod assumebatur in prima ratione.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere et ad apparentiam et ad seipsum ipse. Simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum sed alia omnia ex his Simul autem: quoniam in vanam coniungit omne naturã preter litez. Rursum vnũ quodqz ex vno fieri. Quapropter ex vno aliquo manifestũ: quoniam differentijs quibusdam diuersorum: et passionibus factum est. hoc quidem aqua hoc autem ignis. Quemadmodum dicit solem hoc quidem album et calidum et leue. Terra autem graue et durum. Ablatis igitur his differentijs. sunt enim auferibiles genitecz. manifestum est quidem necesse fieri et aquam ex terra et terram ex aqua. Similiter autem et aliorum vnumqnodqz. Et non tunc solum: sed nunc transmutari a passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles possibiles aduenire et separari T.c.2.

rursus & aliter aduersantib9 adinuicem lite adhuc & amicitia. Ideoq3 & tūc ex vno gñata sunt. Non em̄ vtiq3 ignis & terra & aq̄ entia vnū erāt oē.
¶Disputat cōtra empe. spāliter duabus rōnibus. Circa quarum primam dicit q Empe. videt cōtraria dicere non solum his que apparent sm sensum in quibus videmus ex aqua fieri aerem et ex aere ignem: sed etiam videtur contraria dicere sibipsi. ex vna enim parte dicit q nullum elementorum generatur ex altero: sed alia omnia elementa corpora componuntur ex eis. Et alia pto dicit q anteq3 mund9 hic gñetur: contingit omnem naturaz rerum congregari in vnū per amicitiam preter litem: et q rursus vnumquodq3 elementorum: et etiam vnumquodq3 aliorum corporum segregabitur per litez segregantem res. vnde manifestū est q per quasdam differentias & passiones diuersorum elementorum factum est per litem q ex illo vno primo hoc esset aqua. et aliud esset ignis: & exemplificat de differentijs et passionibus: sicut ipse dicit q sol idest ignis est albus & calidus et leuis. Terra autem grauis et dura. Et sic ptz q iste differentie de nouo superueniunt elementis. omne autem quod de nouo aduenit potest auferri. Quia igitur differētie sunt auferibiles: vt pote de nouo genite: manifestum q ablatis huiusmodi differentijs est necesse fieri et aquam ex terra: & terraz ex aqua: & similiter vnumquodq3 aliorum elementorum ex alio. ¶Et hoc non tunc solum, scilicz in principio. sed etiam nūc. & hoc per transmutationem passionuz et q talis. transmutatio passionum fieri possit probat dupliciter primo. ex natura ipsarum passionuz: quia ex his que dicit empedocles. sequit q possit de nouo aduenire: puta per litez segregantem: & rursus separati ab elementis: puta per amicitiam vnientem. Aliter ex causa illaruz passionum: nam quia etiaz nunc cōtrariantur lis & amicitia: sicut in principio: ergo etiam nunc elementa possunt transmutari secūdum differentias et passiones. & ideo tūc scilicet in principio mūdi ex vno generata sunt elemēta superuenientibus his differentijs: non eniz potest dici q ignis terra et aqua existentia actu essent vnum totum. ¶Scdam rationem postea ponit ibi.

¶Incertum autem et vtruz principia ei ponendū ea multa aut vnum. Dico autē ignē et terram: et systica horum. Secundum id enim quod vt materia supponitur ex quo transmutantia propter motū fiūt: ignis: et terra: & aqua vnum elementum. Secundū id autem q hoc ex compositione fit cōuenientibus illis. Illa autem ex dissolutione: magis elementa quattuor illa et prima natura. t.c.3.

¶Et dicit q incertum est vtrum empedocles debuerit vnuz principium ponere vel multa: Quis ipse multa posuerit scilicet ignez terram et aquam et alia que coexistunt eis. Id autem dicit esse

incertum quia ex quo vnum po-
nebatur: ex quo sicut ex materia
fiunt ignis terra ⁊ aqua; per ali
quam transmutationem a lite se
gregante: videtur q̄ sit vnum ele
mentum. inquantum illud vnu;
fit ex compositione elementoru;
in vnum conuenientiu; per ami
citiam. ¶ Illa aute; scilicet qua
tuor elementa inquantum fiunt
ex illo vno per quamdam disso-
lutionem per operationem litis
videtur magis qd̄ illa quattuor
sint elementa et principia ⁊ p̄us
natura: et hoc magis attende-
bat empedocles ponens res fie
ri per congregationem ⁊ segre-
gationem Aristoteles tamen in
precedenti ratione probat q̄ ne
cesse est elementa fieri nō per so
lam congregationem sed per q̄
dam transmutationem superue
niente differentiis elementorum
ex quo sequitur contrarium ei⁹
quod intēdebat empedocles sci
licet q̄ illud vnum sit magis prin
cipium. Lectio. iii.

t.c. 4



Niuersal'r ita-
q̄ de genera-
tione et corrup
tōe simplici ele
mentoru; dicē
dum. Utrū est:
aut non est. et quomodo est.
Et de aliis simplicibus mo-
tibus: puta de augmentatio
ne ⁊ alteratione.

Postquam phi-
losophus prosecutus est opinio
nem antiquorum circa differen-
tias generationis ⁊ alterationis
hic incipit determinare de gene
ratione et alteratione: ⁊ de aliis
motibus. Et circa hoc duo facit
primo dicit de quo est intentio.
secūdo incipit prosequi suam in
tentionem ibi. (Democritus au
tem et leucippus.) Circa primū
duo facit. primo ponit suam in-
tentionem. secundo assignat sue
intentionis rationem ibi. (Plato
quidem igitur.) ¶ Dicit ergo pri
mo q̄ quia antiq̄ philosophi du
bitauerunt de differentia gene-
rationis corruptionis ⁊ alteratio
nis. Dicendum est nobis in vni-
uersali de simplici generatione ⁊
corruptione idest s̄m quam ali-
quid dicitur simpliciter genera-
ri et corrumpi: vtrum scilicet ge-
neratio simpliciter est: aut non.
Nam secundum illos qui dicūt
generationem ab alteratiōe dif
ferre generatio simpliciter est nō
autem secundum eos: qui eoru;
differentiam negant: et si est sim
pliciter generatio. Dicendū quo
modo est. Et similiter est de aliis
motibus qui ordinantur quodā
modo ad generationem simpli-
cem (vt supra dictu; est) puta de
alteratione et augmentatione.
¶ Deinde cum dicit. T.c. 5

¶ Plato enim igitur solū de
generatione scrutatus est: et
corruptiōe: quomodo existit
in rebus. et de generatione
non omni: sed de ea que ele-
mentorum. Quomodo aute;
carnes fiant aut ossa aut alio
rum quid aliud talium nihil.
Amplius neq; de alteratio-
ne neq; de augmētatiōe quo
modo existit in rebus. Uni-
uersaliter aute; extra ea que
superficietenus de nullo aliq̄s

constituit preter democritū. Hic autem videtur de omnibus curam habere. Jam autem in qualiter et quomodo differunt. De augmentatione enim nullus determinauit quidem vt dicimus nisi ꝙ et quis diceret: quoniam adueniente simili augmentatur. Quomodo autez hoc fiat nō adhuc neqꝫ de mixtiōe: neqꝫ de aliorū consimili: vt ita dicam: vllo vt puta de facere: ⁊ pati: quomodo hoc quidē facit. hoc autem patitur ꝭm naturales operationes.

¶ Assignat rationem sue intentionis ex eo quod aliqui philosophi de his insufficienter tractauerunt: et dicit ꝙ plato inquisiuit de generatione et corruptione tantum quomodo sint in rebus: non tamen de omni generatione: sed solum de generatione elementorum: non autem quomodo generentur carnes ⁊ ossa: aut aliquod aliorum mixtorum corporum: neqꝫ etiam tractauit de alteratione et augmentatione: quomodo sint in reb9. ¶ Et vniuersaliter nullus aliorū philosophorum dixit determiate aliquid preter ea que superficietenus apparent nisi solus democritus qui videtur curaz habuisse de omnibus diligenter inquirere: sed iam differt quomodo inquisiuerint: nullus enim nec ipse nec alius determinauit de augmentatione: vt ita sit dicere: vt etiam non quicunqꝫ idiota dicere posset vt scilicet augmentatio fiat adueniente aliquo simili: sꝫ quomodo per aduentum similis aliquid augetur: hoc non dixerunt: neqꝫ etiam aliquid dexerit de mixtione vel de aliquo alio cō simili: vt ita dicam puta de facere et pati scilicet quomodo hoc agat et hoc patiatur secundum operationes naturales. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Democritus autem et leucippus faciētes figuras: alterationem et generationem: ex his faciunt. Segregatione quidem et congregatione generationem et corruptionem. Ordine autem et positione alterationem.

¶ Incipit prosequi suum propositum et primo determinat de generatione et alteratione: eo ꝙ eorum connexa est consideratio. secundo determinat de augmentatione ibi (De augmentatione autem.) Circa primum duo facit. primo ponit opiniones aliorum de generatione ⁊ alteratione. In secundo determinat de eis ꝭm propriam opinionem ibi. (Determinatis autem his.) Circa primuz duo facit. primo recitat opinionem democriti qui de omnibus curam habuit vt dictum est. secundo inquirit de veritate ipsius ibi. (Quoniam autē videtur omnibus.) Circa primum duo facit primo ponit opinionez democriti. secundo ponit rationem ipsi9 ibi. (Quoniam existimabāt.) Dicit ergo primo ꝙ democritus et leucippus: qui faciebant rerum corpora indiuisibilia infinitaruz figurarum ex his causabant generationem et corruptionem: dicebant enim ꝙ per congregatio

nem et segregationem dictoruꝫ corporum figuratorum causabatur generatio et corruptio. ex permutatione autem ordinis et positionis dictorum corporum causabatur alteratio.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem existimabant verum in apparendo. Contraria autem sunt ꝛ infinita que in sensu apparent. figuras infinitas faciunt: Quapropter translatione compositi idem contrarium videtur aliꝫ et aliꝫ. et transmutatur paruo aduenientꝫ: et vniuersaliter aliud apparet vno transmutato: ex eisdem enim tragedia et comedia fit litteris.

t.c.6. notandũ q̃ quidã verũ esse qđ apparet. ¶ Assignat rationem dicte positionis ad cuius euidentiaꝫ sciẽdum est ꝙ (sicut dicit philosophus in quarto metaphisice) ꝙ quidam philosophi posuerunt verum esse in apparendo ita scilicet ꝙ quicquid videtur alicui est verum: adeo ꝙ etiam ponebant contradictoria simul esse vera si diuersis ita viderentur hoc est: ergo ꝙ dicit ꝙ quia democritus et leucippus existimabant quod verum erat in apparendo et diuersis hominibus contraria apparent et infinita. vt ostendit multiplicitas opinionum que est inter homines ideo induxerunt infinitas figuras in primis rerum principiꝫs: vt ex his ratio accipi possit infinitarum oppinionum.

¶ Et inde est ꝙ per translationem aliquam eius quod venit in compositionem alicuius totius contingit ꝙ idem alio modo videtur aliꝫ et aliꝫ se habere: sicut propter diuersum situm collum columbe videtur esse alterius et alterius coloris et huiusmodi trasmutatio situum fit per aliquod modicum quod superuenit. et vt vniuersaliter sit dicere pertrãsmutato vno indiuisibilium corporum videtur aliud et aliud. Cõparatio apta.

¶ Et ponit exemplum: in sermonibus: quorum prima principia indiuisibilia sunt littere. Ex eisdem autem litteris transmutatis / secundum ordinem aut positionem fiunt: diuersi sermones, puta comedia que est sermo de rebus vrbanis. et tragedia que est sermo de bellicis rebus. igitur sic apparet ratio per variationem ordinis et positionis dicebat democritus alterationem causari.

¶ Deinde cum dicit.



Quoniam autem videtur omnibus pene esse aliud generationeꝫ et alteratio nem. t.c.6.

¶ Generari quidem enim et corrumpi congregata et disgregata. Alterari autem translatis passionibus de his scientibus cõsiderãdũ.

Questiones autem habent hec et multas ⁊ ratiōabiles.

¶ Siquidē igitur generatio est cōgregatio multa impossibilia cōtingunt. Si aūt rursus rationes alie cogētes et nō habiles solui ꝙ nō cōtingit aliter se habere. Et si nō est generatio ꝯgregatio. aut vniuersaliter nō est generatio aut si est alteratio est: aut si hoc difficile dissoluere tentandum est.

¶ Inquirit veritatem huius opinionis et primo ostēdit difficultatem circa hec existentem. Secundo incipit inquirere veritatē ibi (Principium autem.) Dicit ergo primo ꝙ quia iam pene abolitis opinionibus priorum naturalium: qui ponebant idem esse generationem et corruptionem ⁊ alterationem omnibus fere videbatur tunc temporis ꝙ aliud esset alteratio et generatio ita scilicet ꝙ generatio esset per hoc ꝙ aliqua congregantur et disgregantur. alteratio vero per hoc ꝙ per aliquorum translationes diuerse fiant positiones: necesse est considerare vt de his sciatur veritas. habent enī hec questiones multas ⁊ rationabiles quia si generatio nihil est aliud ꝗ̄ congregatio multa impossibilia contingunt (vt infra patebit.) Ex opposito autē multe inueniuntur rationes que videntur cogentes ⁊ non de facili solubiles quibus concluditur ꝙ non contingit aliter se habere. ꝗ̄ ꝙ congregatio sit generatio vel omnino non generatio. vel si est. ꝙ sit idem ꝙ alteratio. Et quāuis hoc sit difficile soluere debemus tn̄ tentare soluere hanc difficultatem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Principium autem horum omnium vtrum sic generantur ⁊ augmentantur alterantur entia: et contraria his patiuntur primis magnitudinibus existentibus principiis omnium entium indiuisibilibus aut nulla est indiuisibilis magnitudo. Differt enim hoc multum. ¶ Et rursus si magnitudines sint vtrumqꝫ vt democritus et leucippus he corporee sunt: vel vt ī thimeo planities. t.c.

¶ Procedit ad soluendum predictam difficultatem: et primo. premittit duas questiones: que necessarie sunt ad soluendū predictam difficultatem. Secundo eas prosequitur ibi (hoc quidē igitur.) Dicit ergo primo ꝙ principium ad soluendū omnia predicta oportet accipere ad hoc ꝙ inquiratur primo vtrum entia naturalia sic generentur et alterentur et augmententur et contrariis motibus moueantur ꝙ sint alique prime magnitudines indiuisibiles vel nulla indiuisibilis. hoc enim multum cunfert ad propositum. ¶ Secundo autem oportet inquirere si sunt alique magnitudines indiuisibiles vtrū ille magnitudīes sint corpee sicut dixerūt democritus et leucippus vel

cippus: vel sicut planities id=
est supficies (sicut plato scripsit
in thimeo.) ¶ Deinde cũ dicit.
¶ Hoc quidem igitur ipũz
(vt in aliis diximꝰ) in con=
ueniẽs vsqz ad planiciẽ dis
soluere. Ideo magis ratio
nabile corpora indiuisibilia
esse. Sed hec quidem mul
tam habẽt irrationabilita=
tem. Sed tamẽ ⁊ his alte=
rationem ⁊ generationẽ cõ
tingit facere: vt dictum est:
cõuersione ⁊ cõtactu trans
mutante idolum et figura=
rum differentiis: quod fecit
democritus. ideo ⁊ colorez
hoc non inquiunt esse: con=
uersione aũt colorari. His
autez qui in planiciem for=
mas diuidũt nõ adhuc. Ni
hil enim fit preter solida ex
conpositis. Passione enim
non suscipiunt generari ali
quam ex ipsis.
¶ Prosequitur premissas que
stiones. ⁊ primo prosequitur se
cundam: quam breuiꝰ pertran
sit. secundo prosequitur primã
ibi (Habet enim questionem.)
Circa primaz duo facit primo
ostendit conuenientius posuis
se quãtum ad ea que conside
rantur in scientia naturali de=
mocritum ꝗ platonem. secun
do causam huius assignat ibi
(Causa autem ꝙ vnus. &c.) Dicit
ergo primo ꝙ (sicut in tertio de
celo dictum est (inconueniens
est hoc ipsum etiaz secundum
se consideratũ ꝙ corpora natu
t.c.29 ralia resoluãtur vsqꝫ ad super
ficies. ⁊ ideo magis est ratio=
nabile ꝙ si sint alique magni=
tudines indiuisibiles: ex qui=
bus corpora naturalia conpo
nuntur: ⁊ ꝙ huius magnitudi
nes indiuisibiles sint corpora
ꝗ ꝙ sint superficies: ꝗuis et
hoc ipsum multam irrationa=
bilitatez habeat scilicet ꝙ sint
aliqua corpora indiuisibilia:
ex quibꝰ corpora naturalia cõ
ponuntur (sicut partim osten=
sum est in libro de celo) sed tñ t. c. 29
ideo est magis irationabile po
nere corpora in diuisibilia ꝗ su
perficies: quia his qui ponũt
corpora indiuisibilia esse prin
cipia corporum naturaliũz cõ=
uenit assignare causam gene=
rationis ⁊ alteratiõis: que qui
dem alteratio sicut dictuz est
transmutat vnum ⁊ aliud per
quandam cõuersionem corpo=
rum indiuisibilium: ⁊ per aliũ
modum contactus secundum
diuersum situm et ordinem: et
etiam secundum differentiam
figurarũ: sicut ponebat demo=
critꝰ assignãs causã alteratio=
nis vnde democritꝰ põebat qđ
calor et alie huius qualitates
naturales non sit aliquid ha=
bens esse fixum in natura: sed
ꝙ videtur aliquid coloratum
per quãdam conuersionem: id
est per aliquam narrationem
corporum indiuisibilium secũ=
dum ordinem ⁊ situm. manife
stum est enim ꝙ quedam no=
bis apparent: quorum appa=
rentia causatur ex aliquo mo=
do reflexionis secundum ordi=
nem aut situz sicut forma que
apparet in speculo ⁊ sicut co=
lores yridie ⁊ huius. talia er=
go existimabat esse democritꝰ

omnes formas et qualitates rerum naturalium: et secundum hoc suppositis suis principiis ex diuersitate positionis et ordinis causabat omnem diuersitatem alterationis. sed platonici qui resoluebant corpora in superficies nõ poterant assignare causam alicuius transmutationis formalis quia ex superficiebus quando cõponuntur adinuicem nihil est rationabile fieri nisi solida. Cum enim pũcta linee: et supficies pure sint res mathematice nõ possunt causare ex seipsis aliquaz passionem naturalẽ: vnde sicut ex punctis non fit nisi linea: et ex lineis nõ fit nisi superficies ita ex superficiebus nõ potest causari nisi corp⁹. Sed nec ipsi platonici conant ad hoc ꝙ ex mixtione superficierum assignant causam alicuius passionis naturalis ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Causa autem quare non potuerunt confessa videre in experientia fuit. Ideoqꝫ quicunqꝫ magis insudauerunt naturalib⁹ magis possunt supponere talia principia quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus indocti existentium entis intuẽtes et ad pauca respiciẽtes: facile enunciant.

t. c. 8. ¶ Uidebit autez aliquis ex his quantum differunt phisice et logice intendentes. Qui enim aiunt ꝙ indiuisibiles sint magnitudnes: hi quidem inquiunt: quia ãte trigonum multa erunt. Democritus autẽ videtur proprijs et phisicis sermonib⁹ persuadere. Manifestũ autem erit ꝙ dicimus procedentibus.

Assignat rationem quia circa hoc magis deficit plato ꝙ̃ democritus: ⁊ dicit ꝙ causa huius ꝙ plato minus potuit videre cõcessa idest eaque sunt omnibus manifesta fuit inexperientia: quia scilicet esse intelligibilia intentus sensibilia non intẽdebat circa que est experientia et ideo illi philosophi qui magis studuerunt circa res sensibiles ⁊ materiales magis potuerunt adinuenire talia principia quib⁹ possent multa sensibilia adaptare: sed platonici qui erant indocti existentium idest circa entia naturalia ⁊ sẽsibilia respiciẽtes ad pauca sẽsibilium que eis correspondebant ex multis sermonib⁹ vel rationibus idest ex multis que in vniuersali rationabiliter cõsiderabant de facili ãnunciant idest absqꝫ diligenti perscrutatione sententiam proferunt de rebus sensibilibus.

¶ Potest tamen considerari ex hisque pre manibus habentur: ꝙ differunt in perscrutatione veritatis illi qui considerabãt physice. i. naturalit attẽdentes rebus sensibilibus: vt democritus: et illi qui considerabant logice idest rationabiliter attendentes communibus rationibus: sicut plato

nici ad ostendendum enim q magnitudines alique sunt indiuisibiles: platonici logice procedentes dicunt q aliter sequeretur q ante trigonum idest per se triangulus: hoc est idea triãguli multa erit idest in multos triãgulos diuidetur: quod est inconueniens. Ponebat enim plato omnium sensibilium esse quasdam ideas separatas. puta hominis & equi & similium: quas vocabat per se hoiem & per se equum: quia scilicet logice loquendo homo sm q est species est preter materialia & indiuiduantia principia: ita q idea nihil habet nisi quod pertinet ad rationem speciei.

¶ Et eadem ratione hec ponebant in figuris. vnde ponebant ideam triangulorum sensibilium: que dicitur ante trigonum esse indiuisibilem alioquin sequeretur q diuideretur in multa: quod est contra rationem idee: ad quam pertinet q sit vnum preter multa: et ita non est inconueniens q sint multe superficies triangulares indiuisibiles conformes idee. ¶ Et eadem ratio est de alijs superficiebus. Sed democritus videtur suadere q sint magnitudines indiuisibiles per rationes proprias & naturales: vt manifestum erit in sequentibus.

Lectio. IIII.



Abet autem questionem si quis ponat corpus esse; et magnitudinem passim diuisibilem. et hoc quidem enim possibile erit q diuisiones effugiat. Si enim omnino diuisibile et possibile hoc passim. & simul erit hoc oino diuisum. et si nõ simul diuidatur. Et si hoc fiat nihil erit impossibile.



Ostquam philosophus ostẽdit q circa propositum opinio democriti potior erat quã opinio platonis: & ratio democriti erat magis propria: ad hoc manifestandum inducit rationem democri. Et primo ponit eam secundo soluit ibi (Sed hic tẽtandum soluere) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem democriti ad hoc impossibile ducentem scilicet q corpus sit omnino diuisum. idest quantumlibet: diuidi potest. Secundo ostendit hoc esse impossibile ibi (Quid ergo erit reliquum.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem ad hoc impossibile ducentem ibi (Quia igitur est &c.) Secundo manifestat necessitatem dicte rationis ibi. (Quapropter et secundum medium.)

¶ Circa primum: considerandum: quod oportet ponere corpus vel componi ex indiuisibilibus: vel esse diuisibile omnino id est totaliter scdm quodcunq signum. Et ideo democ-

critus ad ostendenduz q corpus sit compositū ex indiuisibilibus corporib⁹ conat̃ ostendere ipossibile esse indiuisibile esse corpus sensibile: puta q lignum aut lapis sint diuisibilia omnino. i. fm quodcūqȝ signum datum in corpore: ꝛ ideo dicit q si quis ponit corpus aliquod: puta sensibile ꝛ magnitudinē quācunqȝ puta superficiem vel lineam diuisibilem omnino. i. fm quodcūqȝ signum datum: ꝛ si ponatur hoc esse possibile remanet questio quid est id quod effugit diuisionem. idest quod remanet post diuisionē. Necesse est enim q diuiso quocūqȝ diuisibili remaneant alique partes diuisibiles in quas fit diuisio. Ideo autem dicit Demo. hoc habere questionez quia si corpus sit omnino idest fm totum diuisibile: ꝛ hoc sit possibile: cōsequens erit q nihil prohibeat corpus simul diuisum quantuncūqȝ diuidi potest: ꝛ si diuisio non fiat simul sed successiue: sicut si possibile est aliquem hominem peruenire ad aliquem locum: nihil prohibet eum peruenisse illuc: licet nō simul sȝ successiue pueniat: ꝛ si hoc ponat̃ nullū ipossibile debēt sequi: quia possibili posito nō sequit̃ aliqđ ipossibile fm phm primo prioꝝ. cap 2. ꝛ. 7. physicorum. Deinde
T. c. 9. cum dicit.

Quapropter ꝛ fȝ mediū similiter. vniuersaliter autē si omnino innatum est diuisibile: ꝛ si diuidatur nullum erit imposibile nascens. Quoniam neqȝ si in mille millia diuisa fuerit magnitudo nullum impossibile: et si nullus vtiqȝ diuidat. Quoniam ergo omnino tale corpus diuidatur.

Manifestat necessitatem pdicte rationis. si enim ponatur aliquod corpus diuisibile per mediuz: ꝛ ponatur esse diuisuȝ per medium: nullum sequitur inconueniens: ꝛ hoc est quod dicit. Quapropter quia posito possibili nullum sequitur impossibile. similiter erit si aliqđ ponatur esse diuisibile ꝛ diuisum scđm medium ꝛ vniuersaliter si corpus est natum esse diuisibile omnino idest fm quodcūqȝ signum si diuidatur. i. ponatur esse diuisum nullum erit impossibile nascēs. i. ex hoc nō debet impossibile nasci. qꝛ neqȝ si aliqđ est diuisibile in mille millia partium: ꝛ ponatur esse diuisum nullum sequitur ipossibile: ꝛ si nullo modo diuidat̃ actu: ꝛ ita videtur q aliquod corpus sit diuisibile in paucas ptes: siue i mltas siue totales: ꝛ tn̄ nō vr̃ sequi aliqđ impossibile: si ponatur aliquid esse diuisum inquantum est diuisibile. Quia igitur secundum ponentes corpus naturale nō cōponi ex indiuisibilibus corporibus esse diuisibile idest secundum totum ponatur esse diuisum: sed hoc est impossibile. ergo ꝛ primum scilicet q sit diuisibile secundum totum: est ergo compositum ex indiuisibilibus. Deinde cū dicit.

Quid ergo erit reliquū. Magnitudo. Non em̄ erit

possibile: erit enim quid nõ diuisum: erat autem omnino diuisibile. Sed si nullus erit corpus: neq; magnitudo: diuisio autem erit aut ex punctis: aut sine diuisione ea erunt ex quibus compositum est: aut nihil omnino. Quapropter ⁊ generabitur ex nihilo: ⁊ erit corp⁹ compositũ: ⁊ omne vtiq; nihil: ⁊ non erit existens: sed apparẽs tm̃. Similiter autem ⁊ si erit ex punctis non erit quantum. Qñ enim tãgebant se: ⁊ vna erat magnitudo: vel simul erant: nõ faciebant maius omne. Diuisione enim in duo vel plura: neq; maius neq; minus priore. Quapropter ⁊ si omnes cõponant nullã faciẽt magnitudinem.

¶ Ostendit esse impossibile ꝙ corpus sit totaliter diuisum ex hoc ꝙ non est dare quid remaneat post diuisionẽ. primo ergo ostendit ꝙ non erit dare quid remaneat ex diuisione: que est principalis pars. scḋo ꝙ non erit dare quid remaneat quod ex incidenti sit elapsum ibi (Sz si quis.) Dicit ergo primo si corpus ponatur omnino esse diuisum querendum restat quid erit reliquum. idest quod remanet post diuisionem: sicut videmus remanere in omni diuisione ea in que diuisum resoluitur. ⁊ primo ostendit ꝙ non remaneat magnitudo. hoc em̃ est impossibile. sequeretur em̃ ꝙ ad hoc remaneret diuisibile non diuisum. ¶ Dicebatur autem vel ꝙ magnitudo esset aliquid non diuisibile quod corpus omnino erat diuisibile. et ita oportet ꝙ id quod remanet post diuisionem: nullo modo sit diuisibile: cum tamen supponatur ab aduersario ꝙ magnitudo sit omnino diuisibilis ¶ Secundo concludit ꝙ remanendo post diuisionem: neq; sit corpus: neq; magnitudo: ⁊ tamen sit facta diuisio scḋm totum: sicut dictum est. Relinquitur autem ꝙ diuisio erit ex pũctis: itaq; corpus finaliter resoluatur in puncta: ⁊ per consequens ea ex quibus componitur erunt sine magnitudine. aut sequitur ꝙ id quod est residuum post diuisionem sit omnino nihil. ¶ Tertio ostendit hoc secundum esse impossibile quia cum vnũquodq; generetur ex his in que resoluitur. si ergo resoluitur in nihil: sequetur etiam ꝙ generetur ex nihilo: quod autem componitur ex nihilo nihil est. sequeretur ergo ꝙ corpus de quo agitur sit nihil: ⁊ etiam totum vniuersum eadem ratione: sed quicquid erit in rerũ natura erit secundũ apparentiam tm̃: ⁊ non ꝑm existentiam. ¶ Quarto probatur primum premissorum scilicet ꝙ non fiat resolutio in puncta quia similiter sequeretur ꝙ sit corpus compositum ex punctis: ⁊ ita vlterius sequeretur ꝙ non sit quantum ipsum corpus: aut enim essent quantum: quia corpus divideretur: aut quia puncta tangerent se: pro-

ut duo extrema duarum linearum sunt simul. nō secūdo modo quia ex hoc erat vna magnitudo cōtinua: et sic simul erant omnia puncta et nōdum distincta erant adinuicem et nō faciebant totum maius. punctū eñ nihil est aliud ꝙ̄ quedam diuisio partiū linee: nec primo modo. quia ex hoc ꝙ aliquid diuiditur in duo vel in plura nō efficitur totum nec maius nec minus ꝙ̄ prius fuerit. Ita eñ corpus magnum sicut paruum potest diuidi in duo vel plura. et sic patet ꝙ puncta nihil sunt aliud ꝙ̄ diuisiones: et ꝙ nō faciunt aliquid maius. vnde relinquitur ꝙ si puncta cōponantur adinuicem nō faciunt aliquid maius. sic igitur videtur esse impossibile ꝙ corpus sit oino diuisum: quia nō potest assignari quid sit residuum diuisionis tanꝙ̄ principalis pars corporis diuisi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed et si qua diuisio quasi rasura serre fiet ex corpore et sic magnitudine quidē corpus egrediatur ideȝ sermo. illud autem quomodo diuisibile.

¶ Ostendit ꝙ nō potest assignari quid residuum diuisionis tanꝙ̄ aliquid quod elabitur. Et primo ostendit ꝙ tale aliquid non potest esse corpus Secundo ostendit ꝙ non potest esse quodcūꝙ̄ incorporeuȝ ibi (Si autem non est corpus.) Dicit ergo primo ꝙ si diuiso totaliter corpore diuisio corporis fiat ita ꝙ aliqua rasura secundum rem elabatur ex diuisione preter principales partes: in quas lignum diuiditur: et dicatur ꝙ ex magnitudie corporali totaliter diuisa egrediatur aliquod corpus quasi residuum: sequeretur ideȝ sensus qui et supra: quomodo. s. poterit sustineri ꝙ illud corpus sit adhuc diuisibile scđm ponentes corpus esse diuisibile compositum sit corpus nāle eē diuisuȝ oino. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si auteȝ non est corpus sed species aliqua segregabilis aut passio quidē que secessit. Et est magnitudo puncti vel tactus hoc patiētes inconueniens et ex non magnitudinibus magnitudinem esse.

¶ Ostendit ꝙ huius residuuȝ nō potest esse aliquod incorporeum quodcūꝙ̄ sit: et hoc tribus rationibus. Circa quaruȝ primam dicit ꝙ si id quod egreditur a magnitudine totaliter diuisa nō sit corpus sed aliqua spēs. i. forma segregabil'. i. separabilis a subiecto aut ēt aliq̄ passio sicut ponit. Anaxa. passiones et habitus separari et misceri: et se habet huius passio secedens a magnitudine per modum puncti vel tactus. ¶ Illi qui hoc ponunt patiuntur. Primo quidem hoc inconueniens ꝙ magnitudo componatur ex non magnitudinibus. qđ videtur inconueniens. Nam vnumquodꝙ̄ constituitur ex rebus suigeneris. ¶ Non eniȝ colores componuntur ex figuris nec econuerso. Secundam rationem ponit ibi.

¶ Amplius autez vbi erũt
immobiles: aut mutati pun-
cti. Tactus eniz semper est
vnus duorum quorumdam
quasi ente altero preter ta-
ctum ⁊ diuisionem ⁊ pun-
ctum. Si vtiqꝫ quis predi-
ctoruz ponet quodlibet aut
quantitatem: aut corpus oĩ-
no esse diuisibile hec con-
tingunt.

¶ Circa q̄d considerandu3 est
ꝙ lineam componi ex punctis
potest exponi dupliciter. vno
modo ex punctis motis: sicut
quidam dixerunt ꝙ punctus
motus facit lineaz. ⁊ linea mo-
ta cõstituit superficiem: ⁊ sup-
ficies mota corpus. Alio mo-
do potest exponi ꝙ ex punctis
etiam non motis constituatur
magnitudo sicut ex partibus.
vtrolibet autem modo magni-
tudo componatur ex punctis
oportebit assignare vbi sint pũ-
cta idest quem situm habeant
in magnitudine. Est enim assi-
gnare de singulis partibus: ex
quibus componitur magnitu-
do. sed hoc nõ potest assignari
quia punctus non potest assi-
gnari in magnitudine nisi vt
quidam tactus partium conti-
nue: vel diuisio partium linee
iam diuise linee. tactus autem
semper vnus quorũdam duo-
rum: que scilicet sunt partes
magnitudinis habentes deter-
minatum situm in magnitudi-
ne: quasi illd̄ quod est pars ma-
gnitudinis habens determina-
tum situm inter partes eiꝰ sit
aliquid preter ipsum tactum ⁊
diuisionem: ⁊ per consequens
preter punctum. non ergo vi-
detur esse possibile: ꝙ magni-
tudo diuidatur in puncta vel
tactus aut diuisiones. si ergo
aliq̄s põat q̄d̄cūqꝫ corpus aut
quãtã cūqꝫ quãtitatē eē oĩno di-
uisibilē: ꝯtinget hoc ĩconueni-
ens quod nunc dictum est.

¶ Tertiam ponit ibi.

¶ Amplius si diuidens li-
gnum compono: aut quid
aliud equaliter et vnum.
Quapropt̄ si sic habet ma-
nifestum: quoniam et inci-
do lignum secundum quod
cunqꝫ signum omnino. igi-
tur diuisum est potestate:
quid ergo erit preter diui-
sionem? Si enim ⁊ est ali-
qua passio: sed quomodo in
hec resoluuntur ⁊ generan-
tur ex his: aut quomodo se
parabuntur hec. Quapro-
pter est impossibile ex tacti-
bus: aut ex punctis magni-
tudinez esse: necesse est cor-
pora indiuisibilia esse ma-
gnitudines. Sed ⁊ hoc po-
nentibus non minus con-
tingit impossibile. Scru-
tatum est autem de his et
in aliis.

¶ Et dicit. ⁊ postq̄ꝫ diuido li-
gnum ⁊ quodcūqꝫ corpus aliđ
⁊ iterũ ex eisdē partibus cõpo-
no illud fiet equale ⁊ vnũ cor-
pus: ꝙ. s. eadem sunt in que di-
uiditur ⁊ ex quibus componit̄.
vñ videt̄ similiter se hr̄e si diui-
do s̄m quodcūqꝫ signum. quod

supra dixit omnino vt.s.ex his in que diuiditur possit compo ni.sit ergo lignū oīno diuisum ptāte.i.omnia in que pōt diui= di.Qđ igitur erit preter diui= sionē.q: opȝ omnē diuisionem ad aliquid terminari.si em̄ di= catur ꝙ id qđ est residuum di= uisioni:sit aliqua passio seque ret ꝙ corpus diuideret in pas= siōes ⁊ ex cōsequēti gn̄abit ex eis:qđ est impossibile:quia nō substātia neqȝ quantitas gn̄at ex passionib⁹.aut etiaȝ qūo est possibile ꝙ passiōes sint sepa= te.Ulteri⁹ autē concludit prin= cipale ꝓpositū dicens ꝙ si est impossibile ꝙ magnitudo com ponat ex tactibus aut punctis sicut p̄dicte rōnes cōcludūt:ne cesse est ponere ꝙ sint quedam corpora indiuisibilia: ⁊ ꝙ sint quedam magnitudines indiui sibiles:quia si corpus sit omni no diuisibile:sequeret ꝙ com= ponat ex tactibus vel ex pun= ctis:vt ex dictis patet. Ulteri⁹ autem post rationem democri ti subiungit Aristo.ꝙ hocq po= nentibus scilicet esse corpora indiuisibilia nō minus accidit impossibile:⁊ hoc perscrutatuȝ est in aliis:s.in tertio libro de

T.c.5. celo.

¶Sed ⁊ hic tentanduȝ est soluere:ideo rursus a prin= cipio questionis dicenduȝ.

¶hic procedit ad eius solutio neȝ.Et primo ponit de quo est intentio dicens ꝙ tentandum est soluere predictam dubita= tionem:⁊ ideo vt melius solua tur oportet a principio repete re questionem. Ostenso enim breuiter in quo virt⁹ questiōis cōsistat facilius apparebit vbi debeat adhiberi solutio.Se= cundo ibi.

¶Omne quidē igit corp⁹ sensibile diuisibile esse ꝑm quodcūqȝ signum: ⁊ indiui sibile non est incōueniens: hoc em̄ ptāte:hoc aūt ende lechia existit.

¶Prosequitur intentū. Et pri mo ponit veritatē. scđo ponit obiectiones demo.ꝯtra verita tē ibi.(Esse aūt potestate simt) tertio soluit(Quoniam aūt la= tet.)Dicit ergo primo ꝙ nō est incōuenientēs dicere vtrūqȝ horū. s.ꝙ omne corpus sensibile sit diuisibile:ꝑm quodcūqȝ signū: vel ꝙ nihil sit diuisibile.alterū enim horuȝ in potentia est ve= rum scilicet ꝙ corpus sit diuisi bile ꝑm quodcunqȝ signuȝ.Al= terum vero horum est verum ꝑm endelechiam scilicet ꝑm ac tum scilicet ꝙ corpus sensibile non sit diuisibile ꝑm quodcūqȝ signum in actu. ¶Deinde cū dicit.

¶Esse aūt ptāte simul om nino diuisibile īpossibile vi det esse vtiqȝ.Si em̄ possi bile et fieret vtiqȝ. Non vt sint simul actu ambo indiui sibile ⁊ diuisum:sed diuisuȝ ꝑm qđcunqȝ signum.nulluȝ igitur erit reliquū ⁊ incor= poreum corpus corruptuȝ: ⁊ generabitur vtiqȝ quideȝ rursus aut ex punctis : aut omnino ex nihilo:⁊ hoc quo modo possibile? Sȝ qm̄ di

uiditur in semper diuisibi-lia ⁊ semper in minores magnitudines: et in semota et disgregata manifestuz. Neq itaq ẜm partem diuidẽtis erit infinita fractura.
Neq possibile est simul diuisum esse ẜm omne signuz. Non enim possibile omnino: sed vsq ad quid necesse est igiẗ indiuisibiles existere magnitudines ⁊ indiuisibilia corpora.

¶ Ponit duas rationes democriti circa veritatez. Circa quarum primam dicit ꝙ ẜm obiectionem demo. videtur impossibile ꝙ corpus sensibile sit simul diuisibile in potentia omnino. i. ẜm quodcunq signum: sicut nuper dictum est. credebat enim demo. ꝙ quicquid esset simul in potẽtia posset esse simul in actu: ⁊ argumentabatur: sicut est possibile simul in potentia corpus sensibile omnino diuidi. q̃d hoc fieret in actu: non quidẽ ita ꝙ esset simul in potentia. diuisibile ⁊ actu diuisum: sed ꝙ esset simul diuisum actum ẜm quodcunq signum: sed hoc ostendebat esse impossibile: q̄r sicut ex supradictis: patet sequeretur ꝙ nil corporeum esset residuum a diuisiõe. Et ꝙ corpus corrũperetur in rem incorporeaz. Et ex consequẽti ꝙ corpus generareẗ ex aliquo incorporeo: aut ex punctis aut omnino ex nihilo: sed hoc est impossibile. ¶ Nõ ergo est possibile ꝙ corpus sensibile sit oĩno diuisuz simul: neq ergo videtur possibile ꝙ sit oĩno diuisibile in potẽtia: s₃ q̄r videmus ad sensum ꝙ corp⁹ sensibile diuidiẗ in ptes adinuicez separabiles: vel etiã in ptes diuisibiles. ⁊ maior magnitudo sp diuiditur in minores magnitudines: ⁊ totũ cõiunctum diuiditur in aliqua segregata ⁊ separata manifestũ est hoc ita se habere. Nõ ergo est possibile neq₃ ꝙ fiat diuisio in infinitũ ẜm partẽ: ita ꝙ ps post partẽ a toto sensibili corpe separetur: neq₃ est possibile ꝙ corp⁹ sensibile diuidatur simul ẜm q̃dcũq signũ. Neutrũ eniз horũ est positũ: quia vtrobiq videẗ sequi predictũ incõueniẽs: sed videtur ꝙ diuisio corpis possit pcedere vsq ad aliquẽ terminuz. vnde sequitur ꝙ necesse sit aliquas magnitudines eẽ indiuisibiles. ⁊ aliqua corpora indiuisibilia ẜm demo. Sc̃dam rationẽ ponit ibi.

¶ Et aliter sic erit generatio et corruptio. Et hec quidem segregatione: hec autez congregatione. Cogẽs igitur sermo esse magnitudines indiuisibiles hic est.

¶ Et dicit ꝙ aliter etiam videtur esse necessarium esse corpa indiuisibilia: posito. s. ꝙ gñatio sit per cõgregationem et corruptio sit per segregationẽ. ⁊ hoc quidẽ necessariuз erat ponere Demo. quia ponebat formas ⁊ naturas rerum determinari ẜm positionem ⁊ ordinẽ. videmus autez ꝙ totum: cuius forma consistit in positione ⁊ ordine sicut domus non generatur Positio democriti.

nisi congregatione: neq corrũpitur nisi segregatione: ꝛ ideo cum non sit possibile in principiis generationis ꝛ corruptionis procedere in infinitũ ponebat ꝙ essent aliqua principia prima: ex quibus corpora congregabantur: in que segregabantur: ꝛ huiꝰ dicebat esse corpora indiuisibilia. ¶Deinde cum dicit.

¶Quoniā aũt latet paralogizans: ꝛ quomodo latet dicamꝰ. Q̃m enĩ non est punctus puncto vndiq contiguus omnino est diuisibile: est quidem qualiter existit magnitudinibus: est autem qualiter non. Uidetur autē quando hoc ponitur ꝛ vndiq et vbiq eē punctꝰ. Quapropter necesse diuidi magnitudinem in puncta. vbiq enim est punctum. quapropter aut ex tactibus aut ex punctis esse. Hoc autem est quod existit vbiq: quoniam vna vtiq et omnis et vnusquisq: plures autem vna non sunt consequenter enim non sunt quapropter non vbiq si enim ꝓm medium diuisibile: ꝛ ꝓm contiguum punctum erit diuisibile non autem possibile. Non enim est contiguuz signum signo: aut punctum puncto. hic enim est diuisio aut compositio. Quapropter est congregatio aut disgregatio. sed neq in athoma et ex athomis. Multa enim impossibilia contingit. Neq itaq vt diuisio fit atvbiq. Si autem esset cō tiguus punctus puncto hoc vtiq esset. Sed in parua ꝛ minima est ꝯgregatio et segregatio ex minimis.

¶Soluit predictas rationes. Et primo primā. scd̓o scd̓az ibi (Sed non simplex.) Circa primū ostensuz est ꝙ tota virtus rationis demo. in hoc consistit ꝙ si corpus sensibile omnino est simul diuisibile in potētia: ꝙ sit simul omnino in actu: sz hec cōsequētia nō tenet in omnibus. quedam enim sunt de quorum ratione est esse in potentia. vnde in talibus nō potest poni esse simul in actu: qd̓ est simul in potētia: qꝛ tolletur ratio et natura illius rei: quod quidem primo manifestum est in successiuis. In prima enim parte diei simul possibile est eē horas diei: non tamen potest poni ꝙ omnes hore illius diei sint simul actu. aufertur enim natura temporis: de cuius ratione est ꝙ sit numerus motꝰ ꝓm prius ꝛ posterius. si enim esset simul: quelibet pars eius iam non esset ꝓm prius ꝛ posterius. scd̓o apparet hoc in permanentibus. De substātia enĩ aeris est materia que est in potentia ad omnes formas: tamē non potest poni ꝙ ex aere sit generatum quicquid est possibile ex eo generari: quia tolleretur natura materie: que semper est in potentia ad omnes

formas. sic igitur contra rationem magnitudinis puta linee est: ꝙ sit simul omnino actu diuisa. vnde non sequitur. si est simul omnino diuisibilis in potentia: ꝙ possit poni simul omnino actu diuisa. Quod hoc sit contra rationem linee patet.

¶ Nam diuisio linee in actu nihil aliud est ꝙ̃ punctum in actu esse. si ergo eẽt simul omnino in actu diuisa oporteret ꝙ punctum esset vbiq in actu in linea: ⁊ ita oporteret ꝙ puncta essent contigua vel consequenter se habentia in linea. hoc autem non potest esse: qꝛ cũ pũcta sint indiuisibilia multorum punctorum contiguorũ vnum non excederet aliud: qꝛ vnum tangeret aliud ſm se totum. ⁊ ita omnes puncti non essent nisi vnus punctus. Non ergo põt esse ꝙ puncti sint vbiqꝫ in actu ꝑ lineã: ⁊ ita contra rationẽ linee est ꝙ sit simul toto diuisa in actu. Et ita non sequitur ꝙ sicut simul diuisibilis omnino in potentia: ꝙ possit poni omnino esse diuisa in actu. ¶ Dicit ergo primo philosophꝰ. ꝙ demo. latet paralogizans. i. facit paralogismũ latentẽ. ⁊ dicit quõ lateat eiꝰ defectus. Quia em̃ punctus puncto nõ põt esse contiguus: ⁊ ꝑ cõsequẽs nõ potest eẽ ꝙ linea sit oĩno diuisa in actu ⁊ ita esse diuisibile vbiq: lꝫ aliquo modo cõueniat magnitudinibus. s. in potentia: tñ quodãmodo nõ conuenit eis. s. in actu: quia qñ ponitur vbiqꝫ esse diuisa in actu: videtur poni ex consequẽti ꝙ vbiq sit punctus: cuꝫ punctus in actu nihil aliud est ꝙ̃ actu diuisio linee. Si aũt punctus est vbiqꝫ in linea necesse est ꝙ magnitudo diuidatur in puncta: cum nihil aliud in magnitudine inueniatur. vel etiã ſm aliam litteraꝫ ꝙ diuidatur in nihil: qꝛ nihil erit residuum preter diuisionem. si vbiq sit punctum qđ est diuisio. ¶ Et ideo sequitur ꝙ magnitudo: vt sit ex punctis vel ex tactibꝰ partium linee siue diuisionibus linee. quod in idem redit. ponit enim ſm predicta ꝙ hoc quod existit in linea sit punctus vel tactus aut diuisio: si linea sit omnino vel diuisa: sed hoc nõ potest esse: quia sequeretur ꝙ solũ vnus punctus esset vbiqꝫ i. qualibet parte linee. Et ꝙ omnes partes linee non plus continerent de situ ꝙ̃ vnusquisqꝫ eorum. immo ꝙ non essent plures ꝙ̃ vnus: vel plures diuisiones ꝙ̃ vna. Non enim possunt se habere consequenter: ita ꝙ vnum punctum sit post aliud neqꝫ ꝙ se tangant ſm vltima tantum: ⁊ ſm alia secernantur quia cũ sint indiuisibiles ſm totum coniunguntur: ⁊ oĩno oẽs puncti coniuncti non sunt nisi vnus: ⁊ ideo nõ est possibile ꝙ sit vbiq per lineã: quia si linea esset diuisibilis ſm totum sui: ⁊ punctus esset cõtiguus puncto: posset etiaꝫ diuidi ſm contiguum punctum: si esset omnino diuisibilis sꝫ hoc est impossibile: qꝛ nõ est contiguũ vel habitũ. i. cõsequẽter se habẽs pũctuꝫ puncto: vel qđcunq signũ signo. hoc autẽ punctũ in actu nihil aliud est ꝙ̃ actualis diuisio linee. aut compositio siue tactus partium linee. vnde

concedendum est quod in corporibus sensibilibus inuenitur cõgregatio et disgregatio: non tamen indiuidiuisibilium corporum: aut ex indiuisibilibus. multa enim impossibilia sequerent
t.c.7.et 8. (vt in tertio de celo dictũ est.) Neque ita quod diuisio actualis linee fiat vbique. hoc enim contingeret si pũctus esset contiguus pũcto: quod est impossibile: vt ex dictis patet: sed segregatio corporũ est in aliqua parua et minora: et congregatio vero est ex aliquibus paruis et minoribus non autem ex minimis: que oportet esse indiuisibilia. ¶ Deinde cum dicit.

t.c.10. ¶ Sed non simplex et perfecta generatio congregatione et segregatione determinata est vt quidam inquiunt. In continuo vero trãsmutatio et alteratio. Sed hoc est in quo falluntur omnia. Est igitur generatio simplex et corruptio non congregatione et sepatione: sed quoniam transmutatur hoc in hoc totum. Alij autem existimant alterationem esse omnem talem transmutationem: in hoc autem differunt. In subiecto hoc quidem est secundum rationem hoc autem secundum materiam. Quando quidem igitur in his transmutatio generatio erit et corruptio quando autem in passionibus et secundum accidens alteratio.

¶ Soluit secundam rationem democriti per intentionem. Et primo interimit generationem simplicem et corruptionem esse congregationem et segregationem vt demo. existimabat: scdo ostẽdit cõsequẽter ad quod põt verificari dictũ demo. ibi (Segregata aũt) Dicit ergo primo quod nõ est ita dicẽdũ: sicut quidã dixerũt quod simpliciter et perfecta gñatio fiat per congregationem corruptio aũt per segregationẽ: et quod omnis transmutatio que fit in aliquo permanẽte. s. non cõgregato sed segregato sit alteratio credebant enim hoc accidere in rebus naturalibus sicut accidit in domo vel in naui et in omnibus huius: quorũ forma constat in positione vel ordine. Non fiũt nisi per congregationem partiũ neque corrumpuntur nisi per segregationem. quecunque autem alia transmutatio accidit preter solutionem continui alteratio est. hoc ergo est ex quo procedit tota fallacia. Est enim generatio et corruptio in rebus naturalibus: quorũ forma non est potentia et ordo. non quidem per congregationẽ et segregationẽ. sed quia fit trãsmutatio ex hoc toto idest non dissoluto in partes in hoc totũ: quasi non congregatum ex aliquibus partibus: sed antiqui philosophi omnem talem transmutationẽ que fit aliquo toto integro manente esse alterationem: quod quidem non est verũ: quandoque enim potest esse simplex generatio: et quandoque alteratio: sed in hoc differunt: quia in subie-

cto aliquid est hoc quidem ſm rationem.i.ſm formaȝ. hoc autem ſm materiã. Nam corpus naturale actu existens compositum ex materia ꝛforma: quãdo igitur est transmutatum secundum materiam ꝛ formam: ita.s.ꝙ materia accipiat aliam formã substantialẽ erit simplex generatio ꝛ corruptio: quando autem est transmutatio secundum accidentia et passionem erit alteratio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Segregata autem ꝛ congregata leuiter mutabilia sunt: si enim in paruissimas aquas aqua diuidatur: citius aer generatur: si autem congregetur tardius. Magis autẽ hoc erit manifestũ in sequentibus.

¶ Ostendit quãtuȝ ad quid verificetur dictum democriti. Manifestũ est eniȝ ꝙ aliqua ex hoc ꝙ sunt congregata vel segregata redduntur leuius vel difficilius corruptibilia vel mutabilia. si enim aqua diuidatur in paruissimas partes minus poterit resistere actioni contrarij agentis: et ita citius ex aqua generabitur aer: si vero congregabitur multum de aqua magis resistet agenti: ꝛ sic tardius corrumpetur: vt exinde possit generari aer: et hoc manifestũ erit in sequentibus.

¶ Nunc autem tantum determinatum sit quoniaȝ impossibile est generationem esse congregationeȝ qualẽ quidam inquiunt.

¶ Ultimo epilogãdo dicit nũc intãtum esse determiatũ ꝙ impossibile est gñationẽ esse congregationẽ qualẽ quidã inquiũt scȝ ex corporibus indiuisibilibus. Lectio.v.



Determinatis autem his. p̃mo videndum est vtrũ generatur aliq̃d simpliciter et corrumpitur. Aut proprie quidem nihil. Semper autem ex aliquo est aliquid. Dico autem puta ex laborante sanum: aut laborãs ex sano: aut paruuȝ ex magno: aut magnum ex puo: et alia omnia fieri hoc modo. t.c.11.

Postq̃ philosophꝰ determinauit de generatione ꝛ alteratione ſm opiniones aliorum. Hic incipit inquirere de eis ſm opinioneȝ propriam. ¶ Et primo inquirit vtrum sit aliqua simplex generatio ſm quam aliquid dicitur simpliciter generari scd̃o de differẽtia alteratiõis ad simpliceȝ generationẽ ibi.(De generatione autẽ ꝛ alteratione.) Circa p̃mum duo facit. primo dicit de quo est intentio dicens ꝙ post determinationem predictoruȝ in consideratione veritatis primo occurrit videndum vtrum aliquid generetur vel corrumpatur simpliciter vel proprie q̃dem et simpliciter siue principaliter nihil generatur vel corrumpitur: Sed semper generatur aliquid ex aliquo et in aliquid quod videtur ptinere ad

generationem vel corruptionē secundum quid: ꝛ inducit exē plum. puta cum ex laborante fit sanum: non enim fit sanum simpliciter: quia ꝛ prius erat. ❡ Sed fit aliquid idest sanum cum prius nō esset sanū: sed laborans idest infirmum. Et eadem ratio est. cuꝫ fit aliquid laborans ex sano vel paruum ex magno: aut econuerso: et sic de omnibus aliis. que hoc modo non dicuntur: huius enim generatio inueuitur in omni genere mobilium. ❡ Secundo ibi.

❡ Si enim simpliciter erit generatio simpliciter quidez quid generabitur ex nō ente.

❡ Exequitur propositum. Et primo proponit dubitationem secundo soluit eaꝫ ibi. (De his quidem.) tertio obiicit cōtra solutionem ibi scilicet (quia autē ex his determinatis. (Circa ꝑmuꝫ duo facit. primo ponit dubitationem. secundo concludit quamdam responsionem ibi. (Sed simpliciter.) Circa ꝑmū tria facit. primo proponit quādam consequentiam dicens ꝙ si sit aliqua generatio simpliciter: sequit ꝙ aliquid generabitur ex simpliciter nōente. ❡ Secundo cum dicit.

❡ Quapropter verum erit dicere ꝙ existit quibusdam non ens.

❡ Ostendit consequēs esse impossibile. illud enim ex quo aliquid generatur: potest dici illō sicut ex ligno generatur archa: potest dici ꝙ lignum est archa si ergo ex non ente simpliciter generatur ens verum erit dicere qō non ens existit idest est ens: quod est contradictoria esse simul vera. sic ergo videtur ꝛ antecedens impossibile scilicet ꝙ: aliquid generetur simpliciter ex non ente sequitur autem hoc inconueniens: si dicatur ex non ente simpliciter fieri aliqd sicut ex subiecto non permanē ti. ❡ Non auteꝫ sequitur si ponatur ex non ente fieri aliquid simpliciter ordine tantuꝫ id est post non ens sit ens. sed Aristoteles hoc disputatiue obiicit. ❡ Tertio ibi.

Notādū ꝯñtiā aristo. nō valere si ex ordie tm̄ fit ens ex non ente.

❡ Quedam enim generatio est ex non ente aliquo: puta vt ex non albo album: aut ex nō bono bonū. Simpliciter autem ex simpliciter non ente.

❡ Ostēdit necessitatē prime cō sequentie: sicut enim se habet generatio quedam ad nō ens aliquod: sic se habet generatio simpliciter ad non ens: simpliciter: sed generatio quedam id est ꝯm quam aliquid dicitur ꝯꝫ quid generari: est ex non ente quodam: puta ex non albo: cuꝫ fit aliquid album: aut ex non bono fit aliquid bonum: ergo simpliciter generatio ꝯm quaꝫ aliquid generari simpliciter dicitur erit simpliciter ex non ente. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Simpliciter autem non ens aut primum significat ꝯm vnumquodꝙ predicamentorum entis: aut vniuersale est et omnia comprehē dens.

❡ Excludit quandā solutionē

que possit dici distinguẽdo ens simpliciter. Unde primo ponit ipsam distinctionem dicens ꝙ simpliciter ens potest intelligi dupliciter: primo modo vt significat id quod est primum inter omnia predicamenta entis ꝓut simpliciter ens dr substantia. alio mõ ſm ꝙ ipʒ simpl'r dr ens vt e ꝙ oia ꝓdicamẽta cõprehẽdit. ¶Et hoc mõ simpliciter non ens põt dici vel qđ non est substantia: vel quod nullo mõ est ens. ¶Secundo ibi.

¶Siquidem primum substantie generatio erit ex nõ substantia. Cum enim non existit substantia manifestũ est: quoniam neqꝫ hoc: neqꝫ aliorum vllum predicamentorũ: puta neqꝫ quale neqꝫ quantum: neqꝫ vbi. Separate enim essent per se passiones a substantiis. Si autem non ens vniuersaliter: negatio vniuersaliter erit oim: quaꝓpter ex nullo necesse generati generatum.

¶Ostẽdit ꝙ ſm vtrũqꝫ sensuʒ sequitur inconueniens: si enim simpliciter dicatur primuʒ ens qđ est substantia. ergo ꝛ simpliciter nõ ens dicetur non substãtia. si ergo simpl'r hic gñatio requirit ꝙ sit simpl'r entis ex simpl'r nõ ente sequeref ꝙ sit substãtia ex nõ substãtia. ſʒ qñ ponit non eẽ substãtiã: neqꝫ hoc qđ est demõstratiuũ indiuisibilis substãtie manifestũ est ꝙ nullũ alioꝝ ꝓdicamẽtorũ remanebit id est neqꝫ quale neqꝫ quãtũ neqꝫ vbi qꝛ sequeref ꝙ passiões idest accidentia separenf ab his qđ est impossibile. Si autem dicaf ꝙ id ex quo aliqđ gñatur simpliciter dr ens cõe: sequeref ꝙ hoc qđ dr nõ ens intelligat vniuersaliter negatio oim entium: vñ sequeref qđ gñatur simpliciter generef penitus ex nõ ente. qđ est contra sentẽtias oim philosophorum naturalium: qui. scʒ de generatione naturali locuti sunt. ¶Deinde cum dicit.

¶De his quideʒ ꝛ in aliis dictum est: et determinatuʒ sermonibus. Amplius breuiter autem et nunc dicendum. Quoniam modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generaf: modo autem alio ex ente simpliciter potestate autem ens: actu autem non ens: necesse est quod dicif preexistere vtroqꝫ modo.

¶Soluit predictaʒ dubitationem: ꝛ dicit ꝙ de ista materia etiam in aliis libris scilicet in libro phisicorum. Amplius id est diffusius. et dubitatiões posite sunt et determinationes: ꝛ ideo nunc breuius est dicendum ꝙ simpliciter generatur aliquid ex non ente quodammodo ꝛ ex ente: oportet eniʒ ꝙ preexistit generationi esse potẽtia eius: non autem actu ens. ¶Et ita verum est quod dicitur vtroqꝫ modo scilicet ꝙ generatio simplicitur sit ex ente: et ex non ente. ¶Deinde cum dicit.

¶Quod autem ex his determinatis habet mirabilẽ t.c.12.

questionem rursus tentandum: quomodo est substantie simplex generatio: siue ex potestate ente siue qualiter aliter.

t.c. 12.

¶Obijcit contra predictam solutionem. Et circa hoc tria facit: primo ponit obiectionē: secundo huius occasione introducit aliam questionem et soluit eam ibi. (De his igitur quā tum.) Tertio soluit dubitationem predictam ibi. (Propter quid.) Circa primum tria facit primo dicit de quo est intentio et dicit quod quia etiam post predictam determinationem insurgit adhuc mirabilis dubitatio: rursus oportet tentare quomodo simpliciter generatio sit siue ex ente in potentia siue qualiter sit alio modo. ¶Secundo ibi.

¶Queret enim quis an est substantie generatio et hoc quanti: et qualis. et vbi eodē vtiq modo et de corruptione queritur.

¶Mouet quandam questionē vtrum scilicet generatio simplex sit tantum substantie et huius id est indiuidui in genere substantie: non autem sit quanti neq qualis neq vbi et aliorum predicamentorum: que nō sunt simpliciter entia: et eadem questio potest fieri de corruptione: et hoc est supponendum pro certo quod generatio et corruptio simplex sit solius substantie. ¶Tertio ibi.

supponendū dñationem simplicis solius substantie esse.

¶Si enim quid generabitur manifestum est quod erit substantia aliqua potestate: actu autem non ex qua generatio erit: et in quam necesse est transmutari qđ corrumpitur. vtrum quidē igitur existit quid aliorum actu. dico autem puta aut erit quantum aut quale. aut vbi aut vero potestate ens et hoc ens simpliciter autē neq ens neq hoc ens. Si enim nihil: sed omnia potestate et separatum contingit quod sit non ens. Et amplius quod maxime timentes erant primi philosophātes ex nullo generari preexistē te. Si autem hoc quidem esset hoc aliquid et substantia non existit: aliorum autem predicamentorum quid erunt quemadmodum diximus separate passiones a substantijs.

¶Prosequitur dubitationem: et dicit quod si nō generat simpliciter nisi quid id est existens in genere substantie et id ex quo generatur aliquid est potentia ens sicut dictū est: et non actu sequitur quod id ex quo generatur substantia: et in quod transmutatur: quando corrumpitur sit substantia in potentia: non autem actu. ¶Restat ergo querendum vtrum sit in actu aliquod aliud predicamentorum puta quantum vel quale aut vbi vel quodcunq aliud predicamentorum. Cum tamen sit in potentia ens. hoc quod est substantia

stantia

stantia sit ens simpliciter ita tamen ꝙ non est simpliciter idest in actu, neqꝫ hoc. idest neqꝫ substantia neqꝫ ens: quecunqꝫ autem pars dubitationis detur sequitur inconueniens. ¶ Si enim nihil aliorum est in actu: sed sunt in potentia omnia genera predicamentorum sequitur primo ꝙ non ens sit separatum id est ꝙ materia que est in potentia subiecta sit priuationi que est non ens absqꝫ omni forma. Secundo sequitur idqđ maxime timuerunt primi philosophi ꝙ aliquid generetur ex nihilo preexistente: quod enim non est ens actu nihil est. si vero ponatur ꝙ id ex quo generatur substantia non sit hoc aliquid idest indiuiduum in genere substantie neqꝫ sit substantia in actu. sed sit in actu aliqđ aliorum predicamentorum sequitur inconueniens quod prius induximus: ꝙ scilicet passiones et accidentia separentur a substantijs: quod est manifeste impossibile. sic igitur videt̃ ꝙ non possit esse generatio simpliciter hoc modo ꝙ substantia generetur ex non ente actu. ente autem in potentia: vt predicta solutio dicebat. ¶ Lectio. vj.

t.c.13.


DE his autem quantum contingit tractandū: et que causa quare generatio semper sit: et que simplex: et que secundum partem.

Postquam Aristoteles contra premissam solutionem obiecit: hic introducit aliam questionem: per cuius solutionem soluitur predicta obiectio. Et circa hoc duo facit. Primo introducit questionem et soluit eam. Secundo ex eius solutione procedit ad soluenduꝫ questionem principaliter intentam ibi. (Propter quid autem.) Circa primum tria facit. Primo ꝓponit questionem. Secundo ꝓsequitur eam ibi. (Habet autem questionem.) Tertio soluit eā ibi. (Quo circa propter hoc.) Circa primum duo facit. Primo introducit questionem. dicit enim ꝙ de his scilicet dubitatione premissa tractandū est quoniam conuenit proposito: et vt melius declararetur inquirendum est que est causa ꝙ generatio sit semper ⁊ illa que est simpliciter et illa que secundū partem id est secundum quid. oportet enim ponenti munduꝫ perpetuum et motum: ponere etiam generationeꝫ perpetuā. Quod autem necessitatis habeant rationes Aristoteles circa t.c. 7. ⁊ 8.
perpetuitatem mundi manifestauimus in octauo physicorum. ¶ Secundo.

t.c.14.

¶ Existente autem causa vna quidem vnde principiū motus dicimus esse: vna autem materia: talem autem causam dicendum esse. De illa quidem enim dictuꝫ est prius in de motu sermonibus. ꝙ autem hoc quidem immobile per omne tēpus: hoc autem mouetur semper horum autem de immobili

principio quidem diuidere
alteriꝰ philosophie est opꝰ
De continue autem moue-
ri alia mouente post hec di-
cendum: quid tale singula-
t.c.15. riū dictorū causa est. ¶ Nūc
autem vt in materie specie
positam causaz dicamus ꝓ
pter quam semper genera-
tio ⁊ corruptio non deserūt
naturam: simul enim forsitā
fiet: ⁊ hoc manifestum: ⁊ de
nūc quesito quomodo opor-
teat dicere: et quomodo de
simplici generatione ⁊ cor-
ruptione.

¶ Exponit introductam que-
stionē ⁊ dicit ꝙ causa perpetui-
tatis generationis vna quidem
accipi potest que dicitur. vnde
est principium motus. idest cau
sa mouens vel efficiens. Alia
causa potest accipi que est ma-
teria. talis nunc assignanda est
scilicet materialis. de causa eīn
mouente dictuz est prius in ser
monibus de motu idest in octa
t.c.37 uo physicorum. ibi enim dictuz
est ꝙ est quoddam mouens im
mobile per omne tempus scili-
cet motore celi. aliud est mouēs
quod semper mouetur scilicet
celum. de vno autem horū .s. de
mouente primo determinare ꝑ
tinet ad aliam partem philoso-
phie que est prima inter alias.
t.c.34 vnde in duodecimo metaphisi
ce dterminauit philosophus de
causa ꝑpetuitatis motus ⁊ ge-
nerationis de alio mouente. s.
quod causat perpetuam gene-
rationē propter hoc ꝙ ipsuz cō
tinue mouetur. Postea in fine

huius libri assignanda est ꝙ ta
lis sit causa singularium dicto
ruz idest perpetuitatis genera
tionis simpliciter ⁊ ſm quid: sz
nunc oportet assignare causaz
propter quam generatio ⁊ cor
ruptio in sempiternum non de
serant naturam rerum. causam
dico positam in materie specie
idest materialem causam. et ne
videatur hoc esse preter propo
situm: subiungit ꝙ forte simul
manifestabitur quomodo opor
teat dicere circa hāc questionē
⁊ quomodo oporteat dicere de
generatione simpliciter ⁊ corru
ptione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habet autem questionē t.c.16.
sufficientem ⁊ que causa est
quod complicatur genera-
tio: si quod corrumpitur ad
non ens secedit. Nō ens au
tem nihil est. neq; enim illud
quid est: neq; quale: neq; quā
tum: neq; vbi: quod nō ens.
Si igitur semper quod ens
secedit. quare non consum-
ptum est olim ⁊ inane omne
si finitum erat ex quo fit ge-
neratorum vnumquodq;.

¶ Prosequitur questionem in-
troductaz. Et primo obijcit ad
excludendum perpetuitatez ge
nerationis. Secundo excludit
quasdaz respōsiones ibi (Neq;
enim vtiq;.) Dicit ergo primo
ꝙ videtur habere dubitationē
sufficienter mouentem que est
causa quare generatio compli
catur et resoluitur sempiterne
circa rerum naturam. ¶ Si id
quod corrumpitur simpliciter
cedit in non ens. sicut enim: quod

generatur simpliciter sit ex nõ ente simpliciter: ita q corrũpitur simpl'r videtur q in nõ ens simpliciter cadat: ita q hoc nõ ens oĩno nihil sit. Nec enim potest eẽ quid. i. substãtia: q: cum corruptio sit substãtie simpl'r: opz q corruptũ simpliciter cadat. i. nõ substãtiã: et per cõsequẽs in non ens qd terminat corruptio. opz aũt q neq sit quale neq quantũ neq vbi neq aliqd aliorũ predicamentorum eo q accidẽtia nõ possunt eẽ sine substãtia. Si ergo gñatio et corruptio sint sempiterna: videtur q semper aliqd entium cadat in nõ ens: et ita semper subtrahitur aliqd habentiũ naturam. Manifestũ est autem q omne finitum cõsumitur: si semp ab eo fiat ablatio. Si ergo totũ vniuersum est finitũ ex quo generatur vnũqdq entiũ. Si ergo generatio ab eterno fuit: olim debuit esse cõsumptũ totũ ens ita q iam non relinqueret nisi inane. i. vacuũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim vtiq propter infinitum esse ex quo generatur non deficit. hoc enim impossibile est non enim est actu infinitum.

¶ Excludit duas obuiationes Quarũ prima fuit antiquarũ naturaliũ: qui vt possint causare perpetuitatem generatiõis attribuerũt infinitũ principiũ. Nam omnes qui posuerũt vnũ principiũ vel ignẽ vel aerẽ vel aquam vel aliquod mediũ dixerũt id principiũ esse infinitum. Demo. aũt ponit spatiũ vacuũ infinitũ. et corpora etiam indiuisibilia infinita. similiter aũt. Anaxa. ponit infinitas partes consimiles esse pricipia. ¶ Oia ergo hec cõcludit philosoph. dicens q non põt dici q ideo generatio nõ deficit: q: infinitũ est id ex quo generant siue sit vnũ siue multa principia: hoc enim est impossibile: q: (vt pbatur in tertio physicorũ) et in primo. et nihil est actu infinitũ in natura. ¶ Secũdam obuiationem ponit et excludit ibi. t.c.37. t.c.35.

¶ Potestate autem est vt in diuisiõe. Quapropter oportet hanc esse solum causam non deficientem quoniam generatur quidem semper minus. nũc autẽ videm9 huiusmodi non.

¶ Posset enim aliquis dicere q q̃uis non sit aliquid infinitum in potentia: sicut patet in diuisione continui. Et ita posset aliquis dicere q sicut a cõtinuo: q̃uis non sit infinitum actu in infinitum aliquid per diuisionem subtrahitur: et tamen non totum consumitur: ita in corpore naturali ex quo omnia generantur. q̃uis non sit infinitum: semper abstrahitur aliquid per corruptionem: qd cedit in non ens: nunq tamen totaliter consumitur. Sed hoc excluditur: quia si a continuo finito (vt dicitur in tertio physicorum.) semper abstrahitur eadem quantitas quãtuncũq sit magnum tandem consumetur: puta si a diametro celi semper quis abstrahat palmum: sz in infinitum continuũ diui- t.c.59.

ditur: si semper fiat abstractio ſm eandem pportionē: puta si cōtinuū diuidatur per mediū et mediū per medium. et sic in infinitū: et eadē ratio est de quacūqz alia proportione. Sic aūt diuisione facta manifestū est qꝫ id quod post mediū accipit semper erit minus eo qđ prius accipiebat. nam dimidiū dimidij minus est qꝫ dimidiū toti⁹. vnde Aristoteles. cōcludit qꝫ si hac rōne generatio et corruptio in infinitū duraret rōne continuū in infinitū diuidit: oportebit qꝫ id qđ postea generat semper sit minus in quātitate vt sic semper minori existente: eo quod abstrahit a corpe. Hoc autem nō videm⁹ ita accidere qꝫ semper sit minus qđ generatur. nunqꝫ aūt totaliter ꝯsumatur: hoc ergo qꝫ generatio in infinitum duret et corruptio non potest esse simile diuisioni magnitudinis in infinitum. ¶ De inde cum dicit.

t.c.17. ¶ Quocirca ppter huiusmodi corruptionē alteri⁹ generationē esse et huiusmodi generationem alterius esse corruptionem inquietam esse necesse est transmutationem.

¶ Exclusis falsis solutionibus cōcludit verā solutionē. s. qꝫ idō necesse est eē gñationis trāsmutationē et corruptionis indeficientē vel inquietā. i. nō cessātem. qꝛ corruptio huius est generatio alterius et econuerso. ¶ Nā gñatio p se qđē est ex ente in potētia. i. ex mā que est sicut subiectū rerū nāliū. ¶ Accidit enim māe ex qua aliqđ generatur qꝫ sit subiecta alteri forme ſm quam est ens actu et priuationi forme inducende ſm quam est nō ens actu. ¶ Et idō t.c.66. Aristoteles. dicit in primo phisicorū. ex ente quidē actu per accidēs: ex ente autem in potētia p se. ¶ Et similiter corrumpetur aliquid p se qđem in ens potētia: qđ quidē subijcit alteri forme: ſm quam est ens actu et priuationi prioris forme: ſm quā est nō ens actu. et ita non dicitur qꝫ id quod corrumpit secedat a tota rerū natura: qꝛ qꝫuis fiat nō ens hoc quod est corruptum: remanebit tñ ens aliquid aliud quod est generatum. vnde nō potest materia remanere quin sit subiecta alicui forme: et inde est qꝫ vno corrupto generatur aliud: et vno genito aliud corrumpit: et sic cōsideratur quidem circulus in generatione et corruptione: ratione cuius habet aptitudinem ad perpetuitatem.

¶ De generatione quidē et corruptione simpliciter semper circa vnum quodqꝫ entium hanc existimandum esse sufficientem causam in omnibus.

¶ Ultimo autem epilogando concludit qꝫ extimandum est predictam causam esse sufficiētem. De hoc qꝫ generatio et corruptio simpliciter sit circa vnū quodqꝫ entium insempiterni quod quidem oportet dicere supposita perpetuitate mundi et motus: quod tamē fides catholica non supponit vt alibi dictum est.

Lectio. vij.

T.c.18 

Ropter quid aūt nūc hec q̇dem simpliciter dicunt generari ⁊ corrūpi. hec aūt nō simplr. Rursus scrutandū. si idē est generatio quidem huiꝰ: corruptio aūt huius: ⁊ corruptio huiꝰ gñatio āt huiꝰ. q̄ret āt aliq̇s rōnē. Dicimꝰ em̄ quoniā corrūpitur nūc simpliciter ⁊ nō solum hoc. hec aūt est generatio simpliciter: hec aūt est corruptio. Hoc aūt generatur quidem simpliciter: hoc aūt generatꝛ quidē non simpliciter. Dicimus enim discentem fieri scientem generari autē simpliciter non.

Soluta dubitatione quā introduxerat de continuitate gñatiōis: hic accedit ad soluēdū q̄stionē pncipalr intētam. Et circa hoc duo facit. primo mouet questionē. scdo soluit eā ibi (Quēadmodū ergo determiauimꝰ.) ¶ Dicit ergo p̊mo ꝙ iterū est pscrutādū q̄re q̄dā dicunꝛ simpliciter generari: ⁊ quedā corrūpi: quedā aūt nō. Sicut dictū est in determinatiōe p̄cedētis q̄stionis ꝙ gñatio huiꝰ est corruptio illius ⁊ corruptio huius est gñatio alteriꝰ. vr̄ enim hoc req̇rere quādā rōnē. Nam ex quo ad iuicē gñanꝛ ⁊ corrūpunꝛ vr̄ ꝙ eadē rōne sit simplr gñatio ⁊ corruptio vnius ⁊ alterius. ¶ Dicimus enim in diuersis que nō ex inuicē gñantur: qm̄ aliq̇d corrumpitꝛ simpliciter: ⁊ nō solū sic. i. ƀm quid Et ꝙ quedā est simpliciter gñatio seu corruptio: ⁊ ꝙ quedam gñantur ƀm q̇d: ⁊ nō simplr: sicut dicimus ꝙ ille qui adiscit fit q̇dem sciens qḋ est fieri ƀm q̇d: nō tñ fit simplr: qꝛ simpliciter erat etiā anteq̄ eēt sciēs. de vtroq̄ ergo cōsiderādū est. s. q̄re in gñatis ex inuicē: quedā dicunꝛ gñari simpliciter: ⁊ quedā ƀm q̇d: ⁊ q̄re etiā hec dr̄ia ꝯtingat i his que nō ex iuicē gñantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Queādmodū em̄ determinauimꝰ multotiēs dicētes. Qm̄ hoc quidē significat hoc aliquid: hoc aūt nō ꝑpter hoc cōtingit qḋ querit. Differt ei ī qḋ trāsmutatꝛ trāsmutās. puta forte q̄ ī ignē iā generatio simpliciter: corruptio aūt alicuius est: puta terre. Terre autē generatio aliq̄ generatio: generatio autem non simplex. corruptio autem simplex. puta ignis. Quemadmodum parmenides dicit duo ipsum ens ⁊ non ens esse inquiens ignem ⁊ terram. Hec quidem aut talia alia supponere nihil differt Modum enim querimus: sed non subiectum. In non ens igitur simpliciter via ē corruptio simplr. In simpliciter autem ens est generatio simpliciter. Quibus

igit determinatuz est siue
igni siue terre siue aliquib⁹
alijs erit hoc q̇dē ens: hoc
aūt nō ens. Uno quidē igit
mō dr̄t in b̄ gn̄ari simpl'r ⁊
corrumpi a nō simpliciter.
¶ Soluit p̄missam q̄stionē. et
primo in his que generant̄ ad-
inuicē. scd̄o i his q̄ nō gn̄antur
adinuicē: ibi (Dicūtur aūt hec
quidē.) Circa p̄mū duo facit. p̄
mo soluit questionē. scd̄o epilo
gat ibi (Esse quidē igitur.) Cir
ca primum ponit modos scd̄m
quos contingit adinuicem ge-
nerari: quomodo. s. vnius gene
ratio: quomodo. s. corruptio sit
simpliciter ⁊ alterius s̄m quid
Circa quorum primum dicit ꝙ
sicut multotiens determinatū
est quedam que affirmatiue di
cuntur significant hoc aliquid
idest quoddam ens. Quedam
vero significant non ens: et ex
hoc contingit id de quo dicitur
scilicet ꝙ quedam dicuntur ge
nerari vel corrumpi simpliciter
quedam s̄m quid. Differūt em̄
quantum ad hoc quid sit illud
in quod aliquid transmutatur
per generationem et corruptio
nem: puta si dicamus secundū
opinionē Parmenidis ꝙ ignis
sit ens: ⁊ terra non ens trāsmu
tatio que est via in ignez: puta
si ex terra generet̄ ignis: dicere
tur generatio simpliciter: q̄ est
via in ens. Corruptio non sim-
pliciter s; alicuius. s. terre que
non est ens. econtra autem ge
neratio terre erit generatio ali
qua: non autem generatio sim
plex: quia est generatio nō en-
tis. sed est corruptio simplex:
quia est corruptio entis. s. ignis
sicut Parmenides dixit duo eē
principia rerū. s. ens ⁊ nō ens. — Notā-
appellans ens ignē: q̄ non ens — dū ens
terram. forte ꝓpter hoc ꝙ ig- — ⁊ nō ēs
nis inter alia elemēta h;ꝫ plus — eē duo
de forma: terra autem minus — p̄n^a s̄z
hoc aūt exemplum non proce — Par.
dit scd̄m sententiam Aristote-
lis. qui existimauit vtrūq; ens.
⁊ ideo subiūgit ꝙ nihil differt
ad propositum talia exempla
vel alia supponere. Querim⁹
enim inducendo exempla mo-
dum: sed non subiectum: nō cu-
rantes vtrum. s. sic se habeat
in his terminis vel quibuscun
q; alijs. Et propter hoc etiā in
libris logice vtitur exemplis s̄z
opiniones aliorum phoꝝ que
non sunt inducenda: quasi sint
verba Aristotelis. Hoc igitur
ex premissis est accipienduz ꝙ
corruptio simplex est que est
via in simpliciter non ens. ge-
neratio simpliciter que est via
in simpliciter ens. Determine
tur ergo quod dictuz est de ge
neratione ⁊ corruptione sim-
pliciter. vel s̄m q̄d siue in igne
⁊ terra: siue in quibuslibet alijs
terminis dummodo ita se ha-
beant ꝙ vnum sit ens ⁊ aliud
non ens: sicut dicamus viuum
⁊ mortuum vel aliquid aliud
huiusmodi. Concludit igit ꝙ
vnomodo differt simpliciter ge
nerari ⁊ corrumpi ⁊ non simpli
citer: sicut dictum est.
¶ Sed videtur ꝙ hec differē- — Ques-
tia non sit conueniens. via em̄ — stio.
que est in simpliciter non ens
quam dicit esse corruptionem
simpliciter non potest intelligi
in id quod est omnino nihil: q̄
omnis naturalis corruptio fit
per resolutionem in aliquā ma

teriam. Similiter etiam nõ potest intelligi non ens simpliciter φ sit ꝑuatio, pura sine forma: quia materia nunq̃ denudatur ab oĩ forma: ita φ sit sola sub priuatiõe. ergo opꝫ φ, p nõ ens intelligat̃ id in qđ tẽdit corruptio simplex intelligatur priuatio que est adiuncta alicui forme: cuilibet ãt forme nãli in gñabilibus τ corruptibilibus adiũgitur priuatio. Non ergo dicetur magis. vnum generari τ corrũpi simpliciter in his que adinuicem generant̃ τ corrumpuntur q̃ aliud.

Rñsio. ¶ Dõm est ergo φ nõ ens simpliciter itelligitur hic materia cũ priuatiõe adiũcta alicui forme: Sed duplex est forma. vna quidẽ ꝑfecta que cõplet speciẽ alicuius rei nãlis sicut forma ignis vel aq̃ aut hoĩs aut plante: alia est forma incompleta: que neq̃ perficit aliquam speciem nãlem: neq̃ est finis intẽtionis nature: sed se hꝫ in via generationis vel corruptionis manifestum est enim in generationem cõpositorũ: puta aĩalis φ inter primum principium generationis qđ est in semine τ vltimã formã aĩalis completã sunt multe gñatiões medie (vt Auicẽ. dicit) in sua sufficientia quas necesse terminant̃ ad aliquas formas quarũ nulla facit ens cõpletũ ꝯm speciem: ſꝫ ens incompletum qđ est via ad speciem aliquã. Similiter aũt ẽt ex parte corruptionis sunt multe forme medie que sunt forme medie incomplete: non eñ separata aĩa corpus aĩalis statim resoluitur in elementa: sed hoc fit per multas corruptiones medias succedentibus sibi in mã multis formis imperfectis sicut est forma corporis mortui τ postmodum putrefacti: τ sic tãdẽ fit vltimũ ꝯplemẽtũ successiue. ¶ Qñ igit̃ per corruptionẽ ꝑuenit̃ in ꝑuationẽ cui adiungitur talis forma in materia est corruptio simpliciter. ¶ Quãdo aũt ex ꝑuatione cui adiũgit̃ forma imperfecta: que erit via generationis: ꝑuenitur ad formã ꝯpletã: est generatio simplex. ¶ Deinde cum dicit.

pª ꝯclõ

2ª ꝯclõ

¶ Alio aũt modo qualitercunq̃ materia quedam vtiq̃. Cuius eniꝫ magis differentie hoc aliquid significant magis substantia. Cuius autem priuationem nõ ens. Puta si calidum predicamentum aliquod et species: frigiditas autem priuatio. Differunt eniꝫ ignis τ terra his differentiis.

¶ Ponit secundũ modum: τ dicit φ alio modo erit quedam generatio τ non simpliciter q̃lisciunq̃ materia erit. i. si habeant aliquã nãm id in qđ ẽ corruptio dummodo hẽat aliquẽ defectũ. Illud enim cuius differentie magis significant hoc aliquid magis est substantia. Illud autem cuius differentie magis significant priuationeꝫ magis est non ens. Sicut calidum est quoddam predicamentum idest quoddam affirmatum sine ꝑuatione τ est species. i. forma: frigiditas autem est priuatio: his autem differentiis differunt terra τ ignis.

Si aūt terra est naturalr frigida ignis nāliter calidus: et iō ignis est magis substātia. terra aūt magis accedit adnō ens

Qō. ¶ Primo aūt opz considerare quō hic dicat: q frigiditas sit puatio: cū frigidū & calidū ɔtrarie opponātur: ɔtrariorū autez vtrūqꝫ est nā aliq: aliodn nō eēnt in eodē gñe nā priuatio & nō ens non est in genere.

Rnsio t. c. 15. ¶ Dicēdū aūt est q (sicut ostēsuz est in. 10. metaphisice.) Oppositio priuatiōis & habit⁹ est principiū oppositiōis ɔtrariorum & ideo semp aliud cōtrariorū est cū defectu & priuatiōe quadā respectu alteri⁹. Dicit ergo frigidū priuatio: nō qr sit priuatio pura: sicut cecū & nudū: sed qr

in quo prim⁹ mod⁹ gñationis differt a scdo. est qualitas deficiēs respectu calidi. ¶ Vñ in hoc differt iste modus secundus a prio. Nam primus modus accipiebatur fm differentiā entis: et non entis simplr. Hic autē accipit fz differentiam eius perfecti et imperfecti.

Qō ¶ Secūdo oportet considerare quō hic dicatur q terra et ignis differāt hiis differētiis. s. calido & frigido. Oportet enim hoc intelligi de differētiis substantialibus: alioquin non pertinerent ad generationez & corruptionem: sed magis ad alterationē: principia differentiarum substātialiuz que sunt cōstitutiue specierū opz eē formas substātiales: que sunt specifice: fz hoc ergo sequitur q calor & frigus sint forme substantiales ignis: & terre: qd est omnino impossibile. primo quidem: quia nō est possibile q idem sit in vno accidens: & in alio forma substantialis nisi equiuoce diceretur. Calidum aūt & frigidū in aliis corporib⁹ sunt accidentia de quib⁹ tñ vniuoce dicuntur cū elementis: ex quorum mixtiōe in eisdmōi qualitates inueniūtur Nō ergo pōt eē q calidum et frigidum in elementis sint forme subbstātiales. scdo quia nulla forma substātialis ē sensu pceptibilis: sz solū itellectu: cui⁹ obiectū est qd qd est (vt dr in tertio de aia.) forme autez q sunt seu pceptibiles sunt qualitates speciei: que ob id dicuntur passibiles: qr sensibus inferūt passiones: vt dr in predicamentis. Cū igitur calidū ignis & frigidum terre vel aque sint sensu perceptibilia no possunt esse forme substātiales. T. c. 5.

¶ Dicendum est ergo q (sicut habet ex octauo metaphisice) differentie. qr substātiales: qr sunt ignote p differētias accidētales manifestātur. & iō multotiens vtimur differentiis accidētalibus loco substantialiū & hoc mō philosoph⁹ hic dicit calidū & frigidum esse formas substantiales ignis & terre. calidum enim & frigidum cū sint ppie passiones horum corporū sunt proprii effectus formaruz substantialium eorundem. Et ideo sicut alie cause intelligibiles innotescunt per effect⁹ sensibiles & perfectione calidi & imperfectione frigidi perpendimus q forma substantialis ignis ē perfectior q forma substantialis terre. Omnes eñi forme substantiales differunt fm magis & minus perfectum. vnde in octauo metaphisice dicitur q species rerum sunt sicut nu Rnsio T. c. 5. t. c. 10.

meri:quorum species diuidun tur ßm additionem ⁊ subtra- ctionem.

Qõ. ¶Potest etiã dubitari de hoc qd dicit ꝙ cuius diffinitio ma- gis significat hoc aliqd magis est substãtia:cum tamen dicat in pdicamẽtis ꝙ substãtia nõ suscipit magis ⁊ minus.

Rñsio ¶Sed dicendũ ꝙ per hoc nõ intẽdit significare intensionez ⁊ remissionẽ substãtie in predi camento substãtie:sed maiorẽ et minorem perfectionẽ in spe ciebus substãtie ßm dictaz for- marum differẽtiã. ¶Tertium modũ ponit ibi.

t.c.19. ¶Videt autez magis mul tis sensato ⁊ non sensato dif ferre. Quãdo quidem eniz in sensibile transmutatur ⁊ in materia gñari inquiunt. Quando autem in non ma teriam corrumpi. Ens eniz ⁊ non ens in sentire ⁊ non sentire determinant:quem admodum quidem scibile ens. ignotum autẽ non ens sensus enim scientie habet virtutem.

